






CODICIS THEODOSIANI

FRAGMENTA INEDITA

EX CODICE PALIMPSESTO BIBLIOTHECÆ R. TAURINENSIS ATHENÆI
IN LUCEM PROTULIT ATQUE ILLUSTRAVIT

AMEDEUS PEYRON

LINGUARUM ORIENTALIUM PROFESSOR.

Exhibita die 30. *Ianuarii* 1823.

Quod bene vertat, ac Romanae Iurisprudentiae et Historiae incrementum afferat, inedita Codicis Theodosiani fragmenta in Taurinensi palimpsesto servata edere aggredior. Maximo studio in Iurisprudentiam nunc fertur Europa universa. Pars Annalia, quae multigenam de iure iurisque historia cognitionem referunt, edunt; pars, missis per Europam doctis viris, qui codices excutiant, id sibi negotii dant, ut in unum corpus conferant quidquid est Romanarum legum; alii meliore ordine fragmenta legum disponere, secumque consociare satagunt; alii demum in universo iuris orbe veluti stantes, ac priscae aetatis memoriam simul cum praesentium rerum usu atque indole mente comprehendentes, antiqua iura vel nova auctoritate confirmant, vel novata ratione ad nostrae aetatis inclinationem attemperant.



Ita, incensis multorum studiis iurisprudentia expolitur atque amplificatur. Quare, si mei operis auspicium a temporis ratione sumendum erat, haud video quae Theodosianis fragmentis in lucem edendis felicior aetas contingere potuisset. Accedunt multa praesidia, quae ab Imperatoriis legibus colliguntur ad intimas historiae causas penitius investigandas; hac vero investigatione, quae ad historiae philosophiam pertinet, in primis delectatur nostra aetas. Duplex enim utilitas a tractatione veterum legum capi potest; altera ad iurisprudentiam, altera ad historiam eiusque causas spectat. De utraque pauca, quae cum novorum fragmentorum editione sint coniuncta, praefari iuvat; tum ad ipsa fragmenta atque ad Codicem Theodosianum veniam; proxime dicam de Palimpsesto Taurinensi felicissimo multarum legum sospitatore; tandem leges ipsas edam simulque illustrabo.

Satis inter omnes constat quantum Codici Iustinianaeo debeamus, quem post immensum aliarum super alias acervatarum legum cumulum merito semper veneramur totius iuris Europaei fontem. Multa enim, omnia dixerim, habet ad honesti iustique rationem exacta, pacta conventionesque optime declarat, providae Imperii administrationis praecipua fundamenta cum laude ponit. Quare quovis tempore optime de iuris scientia meriti sunt ii, qui operam suam in tanto Codice illustrando collocarunt. Sed plus semel fit, ut nulla ingenii divinatione ac doctrina Iustinianaeam legem expedire possimus, nisi Theodosii Codicem adeamus. Enimvero Tribonianus postcaquam Theodosianum Codicem sumsisset

veluti fundum, quem pro vario aevi forique sui usu partim amplificaret, partim novaret, temporis angustiis pressus quum ad exitum operis festinaret, multas leges male multavit, alias abscidit tamquam ademto capite, alias dissolvit per universum iuris corpus, alias contraxit atque pro re sua refinxit. Iam vero, omissa, quae Triboniani tempore patebat omnibus, edicti aut rescripti causa ex moribus temporibusque novatis deducta, aut ex peculiari iuris specie Imperatori proposita, omissa etiam diversorum legis membrorum iunctura, nemo non videt quibus tenebris offusae fuerint pleraeque leges, quotque pugnae inter dissecta membra inductae. Hinc multa commentaria, quae de eadem lege edita feruntur, variae significationes uni eidemque legi attributae, infinitae Iurisconsultorum concertationes non ita facile conciliandae.

Atqui maiore cum fide et diligentia demandatum sibi opus confecerunt conditores iuris Theodosiani. Nam Tribonianus intra anni spatium eo Codice est defunctus, qui Imperatorias leges plurium saeculorum complectebatur; contra Antiochus (uti dicam ad lib. I. tit. II. horum fragmentorum) quum universas Christianorum Principum constitutiones iam collectas haberet, continuam per triennium operam posuit in Codice scribendo, quantam scilicet postulabat rei momentum atque dignitas. Praetermitto repetitam praelectionem intra breve temporis spatium adornatam. Sed praetermittenda non est amplissima illa ac infinita scribendarum legum licentia, qua Iustinianus permisit, ut Decemviri non tantum mutilarent Principum constitutiones et parce detorquerent,

verum etiam refingerent, verbis passim mutatis, earumque complures constiparent in unam sanctionem. Quo quid exitiosius integritati iuris, temporumque rationi excogitari possit, equidem non video. A liberalitate tam diffusa abfuit Theodosius iustos limites figens auctoritati iurisprudentum, neque eis permisit, ut ex celeritate inanem gloriolam aucuparentur. Sed, praeterquam quod Theodosianus Codex usus est conditoribus diligentibus atque operis patientibus, idem etiam facilius, quam Iustinianeus, effugit damna, quae vel amanuensium inscitia vel lapsus temporum libris afferre solet. Nam quum saeculo VI abrogatum fuisset Theodosii ius, rara eius exemplaria describebantur, sique fortasse unum et alterum exaratum fuit, id rarissime factum esse coniicio iussu docti alicuius Scholastici, qui Codicem diligentissime recognitum atque emendatum possidere vellet; ceterum barbaricis medii aevi saeculis de Theodosii Codice non tantum scribendo, sed ne de legendo quidem plerique cogitabant. Quare factum est, ut perpauci quidem libri scripti ad nostram aetatem pervenerint, antiquissimi tamen et poene coaevi, optimi secumque consentientes; quod facile patebit legenti varietates lectionis a Gothofredo et Rittero collectas, perpaucas illas neque multi momenti; id etiam luculentius confirmabunt ea folia Taurinensis Palimpsesti, quae editas partes habent cum textu Gothofredi plane consentientes. Contra Iustinianaeus Codex quo diutius in usu fuit, eo etiam frequentius expertus est librarios rudes, atque imperitos iurisconsultos,

qui suis coniecturis errores erroribus acervarent. Hinc frequentes varietates lectionis, eaeque multi momenti; omissae aut corruptae notae temporum et inscriptionum; hinc multa menda, quae aetatem codicum superant. Quare sive conditionem librorum, sive historiam utriusque Codicis consideremus, haud dubitabimus affirmare, magnam esse auctoritatem Codicis Theodosiani, longeque maiorem Iustinianaeo; ut verissime Gothofredus scripserit: *nemo de vero sensu constitutionum e Codice Theodosii in Iustiniani Codice insertarum certus esse potest, nisi Codicis Theodosiani fidem secutus utrumque contulerit.* Prolegom. in Cod. Theod. cap. IV.

Sed non intra unius iurisprudentiae limites concluditur universa utilitas Codicis, verum etiam latissime patet ad historiam illustrandam. Temporum enim rationes ope Consulum indubie stabiliuntur; clarissimorum virorum intermortua memoria revocatur; Praefectorum Praetorio, Quaestorum, Comitum, aliorumque procerum certa series contexitur; Imperatorum natalis atque emortualis dies vel definite statuitur, vel intra certos fines collocandus decernitur. Quare leges si minus res gestas narrant, at certe primas historiae lineas ducunt, intra quas suis quaeque locis facta ipsa disponenda sunt; quemadmodum in rebus geographicis singulares topographiae vix picturae nomen merentur, nisi eas intra praestituta triangula astronomica disponere possis. Atqui praeter chronologiam maiora praestant leges. Quamvis enim res quovis tempore gestas, bella,

obsidiones, intestinas discordias, aliaque id genus, non ita exponant, ut historici est; horum tamen remotas proximasque causas, earumque consectaria pandunt homini, qui in legibus non unum ius consideret. In quavis enim lege videre mihi videor propagationem praeteriti temporis, atque omen futuri. Enimvero leges velut intento digito nobis indicant morum temporumque inclinationem, quae vel Principem ad ferendam legem compulit, vel a Principe corrigi et aliorsum inflecti contenditur. Ex hac vero Principis vel indulgentia, vel repugnantia, multa in civilem societatem manant ad mores civium efformandos, ad temperandam rem atque opinionem publicam, paucis dicam, ad futuros eventus veluti per latentia incrementa praeparandos. Si ergo nihil est homini philosopho iucundius, quam rerum causas cognoscere, praesertim in historia, quae multorum exemplorum plena est optima vitae magistra, quum plerumque ex similibus similia existere soleant, facile quisque intelligit quanti faciendae sint leges Romani Imperii ad illius historiae intimiores causas investigandas. Quare ex Codice Theodosii multa derivavit Tillemontius suam Imperatorum historiam conscribens; multa etiam decerpsit Gibbonius in causas occasus Romani Imperii inquirens, qui Codicem tanti fecit, ut albo calculo notaverit faustissimum diem, quo Editionem Gothofredi comparavit.

Maximis ergo laudibus celebrandus est Gothofredus, qui ita se in Theodosianis legibus abdidit, ut illis colligendis illustrandisque unice toto vitae suae curriculo vacasse

videatur. Minorem equidem laudem specto, qui infimo hoc sacculorum gradu, cum omnia fere monumenta iam sunt praerepta, parvulum manipulum ex rara segete afferre conor. Sunt enim mihi ineditae leges, quae Codicem Theodosii si minus pristinae integritati restituunt, at certe illum ita amplificant, ut quinque priorum librorum desiderium saltem leniant. Quod ut facilius intelligatur, paucis perstringenda videtur historia Codicis.

Codex Theodosianus posteaquam integro fere saeculo iura dederat utrique Imperio, abrogatus fuit in Oriente a Iustinianaeo, quem anno 529 primo vulgatum, atque anno 534 ad fidem repetitae praelectionis editum fuisse scimus. In Occidente vero, quem Gothi moderabantur, auctoritatem suam tuitus est; nam quum Iustinianus animo tantum, non armis, occuparet Occidentale Imperium, tum huic nequibat novas leges proponere, quod luculenter constat ex epistolis Cassiodori. Gothis tandem anno 554 Italia pulsis, firmissimaque pace constabilita, potuit tum Iustinianus Codicem suum non verbis tantum, sed reapse in Italiam inducere. Quare in Pragmatica Sanctione data anno 554 ita scribit cap. XI: *Iura insuper vel leges Codicibus nostris insertas, quas iam sub edictali programmate in Italiam dudum misimus, obtinere sancimus.* Miserat, inquit, *dudum* in Italiam Codicem suo nomine insignitum, eum tamen, uti mea fert sententia, legitimo more haud promulgaverat. Constat enim reges velle leges ferre vel iis provinciis, quas animo tantum, atque iure, quod aiunt, ad

rem sibi vindicant, non armis occupant. Vix Italia post annum 554 coeperat dediscere Theodosii ius, ut se iudiciaque sua Codici Iustinianaeo attemperaret, cum Langobardi anno 568 Italiam invadentes firmissimam in ea sedem sibi constituerunt, novumque ius promulgarunt (1). Sed quum probe animadverterent Italos haud ita facile ad nova iura traduci posse, facultatem singulis fecerunt, ut quam quisque legem exoptaret maxime, eam palam primum profiteretur antequam ad causam dicendam accederet, tum ad eius praescriptum a magistratibus iudicaretur. Quae legum confusio, quae iuris Romani ignoratio orta sit, non est cur dicam. Dicam potius per ea tempora nomine iuris Romani saepe venisse Breviarium Alaricianum. Scilicet Alaricus Wisigothorum Rex, qui multis Hispaniae et Galliarum provinciis imperabat, Theodosianum Codicem breviandum curavit, iis potissimum de causis, quas in praefatione ita commemorat: *Utilitates populi nostri propitia divinitate tractantes hoc quoque, quod in legibus videbatur iniquum, meliori deliberatione corrigimus, ut omnis legum Romanarum et antiqui iuris obscuritas, adhibitis sacerdotibus ac nobilibus viris, in lucem intelligentiae melioris deducta resplendeat, et nihil habeatur ambiguum, unde se diuturna*

(1) Antiquissimus Codex Legum Langobardicarum servatur in Archivio Capituli Vercellensis. Praeter optimas lectionis varietates, suppeditat ineditas Legumlatorum Praefationes, quibus chronologia legum facile constituitur; has ederem libentissime, nisi eas communicassem doctissimo iuveni Bluhme, quem multis anecdotis locupletaturum esse Iurisprudentiam plane confido.

aut diversa iurgantium impugnet obiectio. Porro Breviarium quum esset publica auctoritate sancitum, dilucide expositum, ac Theodosiano textu facilius, brevi se omnibus probavit per Gallias, Hispanias, et nonnullis etiam per Italiam Langobardorum tempore, *Gothofr. Proleg. cap.* VII. Ceteris ergo causis a me superius commemoratis, quae Theodosii Codicem perpetua oblivione obruebant, haec quoque accessit Breviarii a Wisigothis confecti, et regia auctoritate promulgati. Quorsum vero haec Codicis historia spectat? Ut intelligamus: 1.° obvia fuisse per Italiam exemplaria Codicis Theodosii ante annum 554; postea veluti inutiles membranas repudiata, ac tineis permissa fuisse: 2.° vix causam excogitari posse, qua iurisperiti barbaris saeculis permoverentur ad eum Codicem ex integro describendum: 3.° Breviarium Alaricianum facile usurpasse nomen Codicis Theodosii, iurisque Romani, cuius leges compendiaria methodo omnibus gratissima exhibebat: 4.° plerosque recentiores libros manu descriptos, qui in bibliothecis asservantur, Theodosiani Codicis nomine insignitos nihil esse, nisi Breviarium iussu Alarici confectum; sic Codex Wurceburgensis saeculi VIII, et Gothanus, quos Ritterus descripsit (*Praefat. ad Edit. Cod. Theod. tom.* I. *et tom.* II); sic excerpta ex Codice Guelferbytano, de quibus adi sis eundem Ritterum (*ib. tom.* I); sic Codex Fuldensis commemoratus ab Hoffmanno (*Hist. iuris Romano-Iustin. v.* I. *p.* 483). Quare Sichardus, qui primus post renatas literas usus quatuor libris manu exaratis Codicem Theodosii vulgavit,

nihil dedit, nisi Breviarium Alaricianum. Multas leges addiderunt sequentes editores Tilius, Cuiacius, Pithoeus, ac Iacobus Gothofredus; adhuc tamen vel in ipsa praestantissima editione Gothofredi a Rittero adornata desiderantur quinque priores libri, qui ad fidem Breviarii Alariciani exhibentur passim mutili et breviati. Iam hisce libris licet novas addere leges, novosque titulos ope Codicis Palimpsesti Taurinensis, quem describere aggredior.

In Bibliotheca R. Taurinensis Athenaei est codex octonis mai. scriptura saeculi XI exaratus. Hic partim ob scripturam, quae minutis ductibus fere Langobardicis constat ingratissimis nostratium oculis, partim ob habitum libri male multati in nonnullis membranis, speciem prae se ferebat voluminis plane despiciendi. Illum adeo despicientes Cl. Triumviri auctores Catalogi Taurinensium Codicum haud dubitarunt laciniosum librum ita praeterire inglorium, ut eum ne commemoraverint quidem. Hunc ego adolescens pervolveram, atque quum recentiori scripturae antiquiorem aliam subesse animadvertissem, intenta oculorum acie dispicere satagebam quid in ea lateret; sed atramentum evanidum, et litterae fugientes vix permiserunt, ut ex universo codice quatuor continentes versus legerem, qui me facile docuerunt Theodosianas leges ibi delitescere. Rem vidisse contentus ne cogitabam quidem de vetere scriptura iterum ad lucem revocanda, donec anno MDCCCXX. posteaquam chimicum medicamentum felicissimo exitu feceram Tulliano Palimpsesto, idem etiam adhibui huic codici, et

confestim vidi quanti hoc κειμήλιον faciendum esset. Me tamen tenebat longe incensior amor Ciceronis fragmentorum, quibus illustrandis edendisque sine ulla interposita mora incubui. Hisce iam praelo paratis, animum tandem converti ad Theodosianas leges, post alias atque alias intercapedines, quas nihil attinet narrare.

Novitia codicis scriptura exhibet res gestas Alexandri Macedonis ab Æsopo Graeco descriptas, quas Iulius Valerius latinas fecit, et Cl. Mai edidit Mediolani anno 1817. Primum libri folium detritum atque evanidum vix ex integro operis titulo nomen *Æsopi* conspicuum servabat; textus multis scatet erroribus, utpote descriptus ab amanuensi supra quam credi potest indoctissimo. Specimen varietatum lectionis communicaveram Cl. Mai exeunte eodem anno, sed vix ei dignum visum est, quod suam attentionem paulisper moraretur. Fortasse critico viro in impurissimum illum stilum inquirenti una et altera lectio sese offerre posset, quae Mediolanensem editionem emendaret; verum, praeterquamquod paucas equidem vidi lectiones probabiles, post criticam Alexandri M. historiam, quam Cl.us Sainte-Croix diligentissime conscripsit sincera monumenta a fabulosis discernens, Æsopi commentarium haud mihi tanti videtur, quod alteram novis curis recensionem mereatur. Illud iure quodam suo in lucem proferre poterat Cl.us Mai, veluti appendicem longe melioris Itinerarii Alexandri; posteaquam vero semel innotuit, prima editione contenti simus. Quorsum ista? Ut invidiam deletae novitiae scripturae a me

deprecer. Eius enim atramentum adeo vanissimum erat, ut ope acidi nullo negotio evanesceret; codicis ergo pretium me facturum duxi, si quas Theodosianas litteras recens librarius obruerat, eas ego in pristinam et luculentam libertatem vindicarem. Atque ita in multis foliis vindicavi, ut vix Æsopi litterarum impressa vestigia supersint. Non me latet, aliquos esse homines tanta, dicam ne veneratione erga medium aevum, an invidia in Palimpsestos? qui universa haec nostra medicamenta culpant, utpote iniuriosa in recentiores scripturas. Atqui non iniuria, sed iure pellitur altera scriptura quippe in aliena membrana exarata; atqui hac liberalissimorum studiorum aetate iure postliminii gaudere debet prisca scriptura. Sed, ut serio rem agam, aio, acida chimica non semper esse deletilia, sed tunc maxime, quum recens atramentum vanissimum est, illudque delere vis; quod expertus sum in Tulliano Palimpsesto, cuius posteriorem scripturam D. Augustini opusculum referentem nulla unquam acidorum ope potui dissolvere. Ceterum illi ament se in legendis barbaricis lucubrationibus, depereant aniles Æsopi fabulas, ardant squallentem Valerii stilum; si mihi lubet res gestas Alexandri M. perlegere adeo Arianum, Curtium, ipsumque Sainte-Croix, qui universas has commentitias historias improbavit. Sed hactenus de novitia codicis scriptura.

Huic altera antiquior oblique supposita cernebatur, quam in tabula diligentissime repraesentandam curavi. Ad eius aetatem aestimandam multum confert ipsa libri materia.

Quum enim Codex Theodosianus exhibeatur, nequit scriptura esse antiquior anno 438, atque, ut paullo supra monebam, pronum est coniicere non esse recentiorem anno 554. Iam quum hoc praeiudicium habeat consentientes rationes palaeographicas, et orthographicas, merito statuere possum, codicem exaratum fuisse ineunte saeculo VI. Verba continenti scriptione coniuncta sunt; nonnullae litterae, sic *d*, *e*, *h*, *m*, *q*, iam rotundatae sunt; nullae diphthongi occurrunt, nulli litterarum nexus. Saepe enclitica particula *que*, et terminatio *bus* unico *q*. et *b*. puncto apposito scribuntur; raro vidi in fine versus impositam extremae vocali lineolam, quae absentiam consonae notaret, uti *omniū*; nulla vocabula, praeterquam in epigraphis legum et subscriptionibus, decurtata offendi. In orthographia multa sunt, quae antiquam aetatem referant. Sed non satis erat venerandas membranas barbarico opusculo contaminare, nisi libri etiam folia detonderentur; quod uti quandoque factum suspicor de summo et imo eorum margine, sic saepe contigit orae laterali, ita ut in pagina recta desiderentur initia versuum, et in aversa desint extremae syllabae. A quonam archivio ad Taurinensem bibliothecam delatus fuerit hic codex plane ignoro; at quum palimpsestus sit et antiquus, auguror eum acceptum esse referendum Bobiensi Coenobio, quod aliis item codicibus pluteos nostros ditavit; semel ac vero primum folium in lacinias abiit, evanuit etiam nota Coenobii S. Columbani, quam in prima voluminum scheda exarare solebant Monaci.

Sed quod nostra interest, quatuordecim folia pertinent ad quinque priores libros, atque adeo multis ineditis legibus ius Theodosianum amplificant; tum una membrana supplet partem lacunae libri sexti. Earum authentiam ac sinceritatem testatur aetas libri Theodosio fere supparis, testantur indices in summa pagina adnotati, confirmat collatio cum Codice Iustinianaeo, atque extra dubium ponunt folia ceterorum librorum cum textu Gothofredi apprime consentientia. Quare ne tempus teram in re apertissima demonstranda, iam accedam ad meae editionis consilium exponendum.

Imaginem singulorum foliorum cum fide repraesentavi iisdem rationibus permotus, quas in praefatione fragmentorum Ciceronis a me editorum enarravi. Versuum itaque in unaquaque pagina, ac litterarum in unoquoque versu numerum et ordinem servavi, errores ipsos, obelos (scilicet puncta, quibus una vel plures litterae expunguntur) ceteraque, quae indolem codicis exprimerent, duxi non esse praetermittenda. Praecipuam vero curam posui in cuiusque versus initio ac fine indicando, ut clarius pateret quot litterae desiderarentur. Has equidem ex mea coniectura supplevi, atque Aldinis typis excudendas curavi in ora cuiusque folii, nam aliis me eruditioribus concedenda erat aequa facultas, qua novas coniecturas facere, aliaque supplementa meis feliciora excogitare possent. Utinam vero licuisset membranas reddere ipsis litterarum figuris, quibus utitur Palimpsestus! nam ex affinitate litterarum, earumque procliviori permutatione, nec non ex earum magnitudine, qua aliae

productioribus, aliae contractioribus ductibus exarantur, facilius iurisprudentes sententiam tulissent de locis corruptis, ac de litteris supplendis. Quod quum praestare non possem, tum sat longum specimen in tabula exhibendum curavi, in quo fere omnes alphabeti litterae plus semel occurrunt. Noverint tamen iurisprudentes, librarium in prioribus codicis foliis usum esse latiore scriptura, contractiore vero in posterioribus, quod facile constabit comparanti numerum litterarum, quem in utrisque unus versus tenet. Nec praetereundum est in foliis fere evanidis facile inter legendum permutari posse has litteras B R S, C G E, F P, D O. Quare in tanta errandi facilitate non prius acquievi lectioni, quam singulas membranas terque quaterque legens syllabas omnes anxia diligentia rimatus essem maxime in foliis ineditis, vel in dubiis locis foliorum editorum, ut vix credam meliorem lectionem oculis tenus proferri posse. Quod vero attinet ad folia edita, quae cum evanidas litteras haberent, tum nullum locum paullo controversum, nolui meam oculorum aciem defatigare in persequendis fugientibus syllabis; quamobrem ea tantum exscripsi, quae mihi semel ac bis legenti se se nullo negotio obtulerunt. Eum ergo, qui laboris patientissimus ac vere lynceus velit alteris oculorum curis perlegere hasce schedas, manet adhuc aliqua spes, fore, ut in foliis editis rara inveniat verba mihi praetervisa, quae cum textu Gothofredi plane consentiunt. Tandem folia eo ordine collocavi, quem suadebant vel indices tituli superstites, vel ipsum Breviarium Alaricianum.

Imaginem foliorum excipiunt eadem folia ad nostrae aetatis rationes exscripta, emendata, atque illustrata. In exscribendis foliis nolui orthographiam saeculi VI immutare; immo, si quando anceps pendebam, utrum lecito inter errata amanuensis deputanda esset, an repetenda ex orthographicis Theodosiani saeculi rationibus, malui eam integram relinquere. Quare numquam emendatoris partes suscepi, nisi textum in apertissimo mendo cubare viderem. Verba, litteras, ceteraque, quae mihi supplenda videbantur, Aldinis typis excudenda curavi. Atque haec lector dicta putet de foliis ineditis, quae pertinent ad quinque priores libros. Nam quod attinet ad folia edita, horum solas varietates lectionis exhibendas esse duxi. Nam legum ordo, numerus ceteraque ita apprime concinunt cum editione Gothofredi, ut, nisi voluissem actum agere, nihil, quod iurisprudentiae bono utile esset, inde expromere potuissem, nisi varietates lectionis. Si qua vero res annotatione digna in hisce schedis occurrebat, paucis eam significare poteram, quin integrum folium iam editum iterum vulgarem.

Tandem unicuique legi commentarius erat subiiciendus, qui omnia enarraret, quae ad historiam, chronologiam, iurisque scientiam pertinebant. Luculentissimum hac in re exemplar, quod imitatione effingerem, propositum habebam Iacobum Gothofredum iurisconsultorum facile principem, qui universi iuris scientia non nuda illa ac ieiuna instructus, sed multarum literarum, in primisque historiae et criticae comitatu circumfusa, tamdiu in uno Theodosiano

Codice habitavit, dum neque suis lucubrationibus contentus vitam cum morte mutavit. Sed cum mentem subibat tanti exemplaris imago, despondebam, simulque meam culpabam sortem, quae quando votis meis arridens codices palimpsestos tractandos mihi dederat, non aliam potius materiam mihi obtulisset, quae saltem aliquo cognationis vinculo cum meis studiis esset coniuncta. Enimvero a Iurisprudentia adeo semper abfui, ut me cogitantem de studiorum curriculo ingrediendo illa non tantum nunquam sollicitaverit, sed ne vellicaverit quidem; tum hoc aetatis meae septimum lustrum attigerim, quin Codicem Iustinianaeum unquam pervolutassem. Quamobrem dedi me ad Institutiones aliasque tractationes de iure perlegendas, quae mihi summam unius tituli per universum Codicem diffusi veluti uno obtutu exhiberent. Tum recolens quae Gellius de Antistio Labeone refert, eum praecipue usum esse scientia latinarum vocum ad enodandos iuris laqueos, contuli me ad libros sequioris latinitatis legendos, atque adeo in iis me abdidi, ut manum tandem admovens ad commentaria scribenda meam ipse latinitatem exhorrescerem. Haec vero, quae candide profiteor, eo pertinent, ut nemo a me expectet fusam ineditorum fragmentorum enarrationem, subtiles legum conciliationes, comparationes novi iuris cum obsoleto; nam de his non invitus aliis concedens in eo me valde amabo, si ea monumenta protulerim, in quibus unus et alter iurisconsultus inclarescere possit. Interea quum pudor esset insalutatas praeterire ineditas leges, ad eas dixi

nonnulla, quae, rogo, aequi bonique faciant Prudentes nostri.

Foliis Palimpsesti a me hucusque descripti inserui tres membranas alterius Palimpsesti, quas inter Bobienses schedas inveni. Recens scriptura refert Collationes Patrum, sic *Conlationes Ab. Pafnutii*, tum illas *Ab. Danihelis*, in quibus sermo est *de tribus abrenuntiationibus de concupiscentia carnis et spiritus;* ea facile assignari potest X saeculo. Huic subest alia scriptura, cuius specimen in tabula dedi n.° 2, et saeculi VI esse videtur. Singularem in ea deprehendi scribendi modum, quo *qu* ita saepissime pingitur *q'*, sic *aliq'id*, *q'i*. Vetus haec scriptura exhibet Codicem Theodosianum, atque adeo tria haec folia ceteris alterius Palimpsesti addidi. Coniicio his paria esse undecim illa folia, quae in Bibliotheca Vaticana servata describit Cl.us Mai (*Giornale Arcadico. Roma. Settembre* 1821. *p.* 366.) ac referunt fragmenta trium postremorum Codicis Theodosiani librorum.

reinoneaipsanecessitateadiunetasuntsedcumsimplicius
i uslíusq.sitpraetermissiseisquaspusterioresinfirmant
caplicarisolasquasualereconuenietbuncquidemcodi
cemetprioresdiligentiorib.conpositoscognoscamus
quorumscolasticaeintentionitribuiturnosscillaetia
quamandatasilentioindeconsuetudinemabieruntprosui
tantumtemporisnegotiisualeturaexhisautemtrib.codici
b.etpersingulostitulosoberentib.prudentiumtractatib.etresponsis
eorundemoperaquitertiumordinabuntnostereritalius
quinullumerroremnulluspatieturambagisquinostruno
minenunenpantursiquendsomnib.uitandaq.monstra
bitadtanticonsummationemoperisetcontexendoscodices
quorumprimusomnigeneraliumconstitutionumdiuer
sitatecolleetanullaquaeextrasequamiamproferrili
ceatpraetermissaminanemuerborumcopiamrecusa
uitalteromniiurisdiuersitatemexclusamagisteriumui
taesuscipietdeligendiuirisuntsingularesfidelimatio
risingeniiquicumprimumcodicemnostraescientiaeetpubli
caeauctoritatinbtulerintadgrediendienturaliumdonec
dignusedictionefuerintpertractandumedictosuestra
ruminlustrem
amplitudocognoscatantiochumuleaquaestoreetprae
uiruminlustremexquaestoreetprefecto
fectoeligimusantiochumulsaeptheodorumuscomet
magistrummemoriaecudicíumeteusebiumuussma
gistrosseriniorumiohannemusexeumnostrisagrarii
comagotemadqueeuuulumuussexmagistrisscrinio
mhosanostraserenitate .....
rumappellentuirumdisertissimumscolasticusqui
qumq.adibiturosesseconfidimusutcommunistudioni
taerationedepraehensaciuraexcludanturfallaciain
futurumautemsiquidpromulgariplacueritítaiuconiunc
tissimipartesliaualebitimperiiutnonfidedubianecpri
uataadsertiuneniltatursedeaquapartefueritconstitutu
eumsacristransmittaturadfatib.inalteriusquoq reci
piendumscriniisetcumedictorumsollemuitateuulgau
dummissumenimsuscipietdubitanteroptinereeconue
nietemendandiuelreuocandipotestatenostraeclemen
tiaereseruatadeclarariauteminuicemoportebitnec
admittendaaliteretceteradatVIIKalaprilconstp
florentio et dionysio ;ss
ld aa omnesaedictalesgeneralesquaeconstitutionesuelin
certisprouinciisseulocisualereautproponiinssisquas
quasdiuusconstantinusposterioresq.principesadnos
tulimusindicib.rerumtitulisdistinguanturitautnon

SUPPLENDA

solumconsultumdierumquaesuppotationesedetiamo r
diucconpositionisapparerepossiutuouissimaeaesiqn a
o d
earuminplurasitdinisacapitaunumquoq.eorumdiiun e
tumaceterisaptosubiciaturtituloetcironmcisisexqua q.
constitutioneaduimsanctionisnonpertinentib.solumiu s
relinqoaturquodutbreuitateconstrictumelaritateluc e
atadgressurishocopusetdemendisuperuaoaueauerbaet ini
i
ciendauecessariaetmutaudiambiguaetemendandii n
maeluhismodisunaq.q.ilustrata;sutaye . . .
congruatribuimuspotestatecontextoreshuiustheodo
siauicodioisantiochusamplissimusadq.gloriosissim us
c
praefecturisadconsulareseubulusinlustrisaemag
nificuscomesetquaestornostermaximusuiiusiguib.
quaestoriaedignitatisornatusperantiusmarturius
alipiussebastianusapollodorustheodorusoronspe c
h
tabilescomitesconsistorianimaximusepigenesdi o
dorusprocopiusspectabilescomitesetmagistrisac ro
. . . . torneuteriususex . . .
rumscrinioromerotiosusexuicariisquorumsiquisau t
humauopraepeditus casuautaliquareipublicaedetento s
bin
sollicitudineadiunctofueriotabstratusnegotioalius
a
aluminlocumeiussiitauisumfueritnostrosubstitu a
torarbitrioutabsolutionemeodieisinomuib negotii s
iudiciisqueualituriuullamquaeextrasenobellae
constitutionislocumrelicturinisiquaepostaeditio
m
nehuiusfueritpromulgatanullumpossitinhibereobs
taculum dat XII K ian coustp dd nntbeod a XVetualano IIII aa ;ss

DEDIUERSISRESCRIPTIS

(*) I.Impconstautiuus autiochopfiouigiliumaunota
tioneauostrassinerescribtioneadmittinonplacetid co
q.officiumgrauitatistuaeobseruetsicutsemperestcus
toditumotrescribtauelepistulaspotiusnostrasquam
adnotitiouessolasexistimesaudiendasdatIIIKiantriu
uolusiauo et anniano ;ss.
II.Idaa adpopulumcontraiusrescribtanouualeaotquocumq.
modofuerintinpetrataquodeuimpublicaiursperseri
buutmagissequiiudicesdebentdat** Kalseptbromae
coustautiuo a IIII etlicinio IIII caes ;ss.
l
III.Idaaseptimiobassopuubiregoremiurisplaeareautlini
m
respecialiterexoraturidobserueturutrescribtaauteedi e
m
tumpropositumimpetratasuahabeantfirmitatemuec
rescribtoposterioredderogeturprioriquaeueropost
easuntelicitanullumroburhabeautoisiecoosentane
ibus a m
assintlegespublicismaximecuminterequitateiusque

(*) *Nota marginalis minutis litteris* { . . . niguidultum / . . . sumexemplum / . . . graec lib. V.

CODEX THEODOSIANUS

(*LIBER I*)

(*TITULUS I*)

(*De Constitutionibus Principum et Edictis*)

(*** *Impp Theodosius et Valentinianus AA ad Senatum*)

**** rei non ex ipsa necessitate adiuncta sunt. Sed cum simplicius (*i*)ustiusque sit, praetermissis eis, quas posteriores infirmant, explicari solas, quas valere conveniet: hunc quidem codicem et priores *a* diligentioribus conpositos cognoscamus, quorum scolasticae intentioni tribuitur nosse illa etiam, quae mandata silentio in deconsuetudinem abierunt pro sui (*t*)antum temporis negotiis valetura. Ex his autem tribus codicibus, et per singulos titulos coherentibus Prudentium tractatibus et responsis eorumdem opera, qui tertium ordinabunt, noster erit alius, qui nullum errorem, nullas patietur ambages, qui Nostro nomine nuncupatus sequenda omnibus vitandaque monstrabit. Ad tanti consummationem operis et contexendos codices (quorum primus, omni generalium constitutionum diversitate collecta, nullaque extra se, quam iam proferri liceat, praetermissa, inanem verborum copiam recusabit; alter, omni iuris diversitate exclusa, magisterium vitae suscipiet) deligendi viri sunt singularis fidei, limatioris ingenii; qui, cum primum codicem

Nostrae scientiae et publicae auctoritati obtulerint, adgredientur alium, donec dignus editione fuerit, pertractandum. Edictos vestra amplitudo cognoscat: Antiochum v̄l ex-Quaestore et Praefecto eligimus; Theodorum v̄s comitem et magistrum memoriae; Eudicium, et Eusebium v̄v̄s̄s̄ magistros scriniorum; Iohannem v̄s ex-comite Nostri sagrarii; Comagonem, adque Eubulum v̄v̄s̄s̄ ex magistris scriniorum; Apellem virum disertissimum scolasticum. Hos a Nostra Serenitate (*electos pro se*) quemque adibituros esse confidimus, ut communi studio, vitae ratione, deprehensa iura excludantur fallacia. In futurum autem, si quid promulgari placuerit, ita in coniunctissimi parte alia valebit Imperii, ut non fide dubia nec privata adsertione nitatur; sed ex qua parte fuerit constitutum, cum sacris transmittatur adfatibus, in alterius quoque recipiendum scriniis, et cum edictorum sollemnitate vulgandum; missum enim suscipi et indubitanter optinere conveniet, emendandi vel revocandi potestate Nostrae Clementiae reservata; declarari autem invicem oportebit, nec admittenda aliter, et cetera. Dāt VII Kāl āpril Constpoli Florentio et Dionysio conss̄. (429)

NOTÆ.

Inedita generalis constitutio ad Senatum Constantinopolitanum data, in qua Theodosius suum de novo codice condendo consilium aperit, iurisconsultos, qui operi incumberent, designat, simulque methodum, quam sequerentur, proponit. Codex tamen, cuiusmodi in hac constitutione describitur numeris omnibus absolutus, et Iustinianaeo praestantior, haud perfici potuit iniquissima illa tempestate, uti enarrans sequentem constitutionem declarabo.

Titulus I) Tituli numerus et inscriptio ita supplenda videbatur. Nomina imperatorum facile colliguntur ex consulibus ad calcem legis adnotatis.

Eis) Supple *constitutionibus*, vel *legibus*.

Hunc quidem codicem) Nempe *tertium*, vide infra in Commentario.

A diligentioribus) In palimpsesto desiderabatur particula *a*. Supple *iurisperitis*.

Quorum scolasticae) Scholastici, seu iurisprudentes, a quibus condendus erat codex, abrogatas quoque leges et derogatas, universamque iurisprudentiae historiam mente comprehensam habere debebant.

Valetura) Ita palimpsestus. Ad obsoletarum legum praescriptum debebant iurisprudentes statuere de negotiis, quae eo tempore contigerant, quo leges illae vigebant.

Ambages) Palimps. *ambagis*.

Nuncupatus) Palimps. *nuncupantur*. Plerumque noster insititias litteras expuncturus utitur punctis impositis; in hoc tamen folio saepius litteras erasit, aut transversi calami ductu delendas esse significavit. Quod cum typis repraesentari haud posset, ego semper punctis usus sum. In imagine folii cum fide exhibendas curavi supra lineam emendationes; nolo tamen tot notas apponere, quot emendationes huiusmodi occurrunt.

Praetermissa) Palimps. *praetermissam*. Mox *recusavit*. Permutatio inter elementa B et V frequentissima est in codicibus saeculo XII. superioribus, quae ex pronunciationis affinitate repetenda est; sane Graecorum *β* ad hodiernum sonum *v* delapsum est. Ne facilis illa permutatio grammaticos in errorem induceret, Adamantius opusculum conscripsit *de B muta et V vocali*, quod a Cl. Mai editum vide ad calcem Frontonis.

Diversitate) Palimps. *diversitatem*; mox *singulares fide*, et *adgrediendientur*.

Eubulum) Palimps. *Euuulum*. Est indubie Graecum nomen Εὔβουλος.

Hos a nostra etc.) His supra lineam exaratis addenda videbantur haec vel similia verba *electos pro se*, quae in recisa folii ora extabant.

COMMENTARIUS.

Quemadmodum codici Iustinianaeo praeit Imperatoris Constitutio *de novo codice faciendo*, ita prima codicis Theodosiani lex haec esse videtur, in qua,

post alia malo fato deperdita, Theodosius rationem conficiendi codicis constituit, et Iurisconsoltos designat, quibus tantom opos demandatum sit. Atque utinam integra ad nos perveoisset, iodubie enim expositum baberemus niversum Theodosii consilium de eo codice condendo, qui ioiquissima illa tempestate perfici noo potuit; sed qnando tempus edax nobis invidit primam constitutionis partem, ad coniecturas confugieodum est.

Primum omuinm ratum sit qnatoor codices designari a Theodosio. Ait enim *hunc quidem codicem et priores*, tum *ex his ergo tribus codicibus . . . qui tertium ordinabunt*, iam habes tres codices. Porro subdens *ex his autem tribus codicibus . . . noster erit alius* apertissime innuit quartnm, quem promulgare praestitnerat. Sed qui tandem snnt priores illi tres codices? Ad singulos venio.

Primus omnes generales coostitutiones, quae ab omoibus retro Imperatoribus etiam aote Constantinum latae fuerant, ita complectebatnr, ut, praetermissa inani verborum copia, solam iuris summam exhiberet. Luculenter iste describitur iis constitntionis verbis *quorum primus, omni generalium constitutionum diversitate collecta, nullaque extra se, quam iam proferri liceat, pratermissa, inānem verborum copiam recusabit*. Sane quum Theodosius omnes iodiscrete generales constitutiones commemoret, neque distingnat inter leges unius, atqne illas alterius principis, neque nos distinguere debemus. Quare ratum habeo Theodosium universas cum Christianorum, tum ethnicorum principum leges colligendas decrevisse. Quorsnm enim ethoicorum imperatorum coostitutiooes repudiasset ille, qni universom omnino ius unico codice comprehendere praestituerat? Nonne legislationem protulisset suo capite obtruncatam? Sunt eoim antiquiores leges fundamentum et basis sequiorum. Ne vero codicis moles nequicquam cresceret, simulque alterius codicis conditoribus incommodum crearet, circumcidenda iussit inotilium verborum oroamenta atque exordia legum.

Alter, omni iuris diversitate exclusa, eas tantum leges proponebat, qnae a sequioribus neque abrogatae neque derogatae tum temporis in foro vigebant, atque adeo, qunm civilis vitae normam complecteretur, recte *magisterium vitae* appellari poterat. Haec facile colliguntur ex verbis *alter, omni iuris diversitate exclusa, magisterium vitae suscipiet*.

Tertii codicis conditoribus id officii demandatum fuerat, ut expendereot leges alterius codicis, easque tantum probarent, *quas valere conveniebat*; porro hisce per libros et titulos digestis attexerent ea responsa prudentum, quae ceteris anteferenda videbantur, ita ut cuivis tertii codicis titolo responderet paris

argumenti titulus conflatus ex prudentum elucubrationibus. Quam tertii codicis rationem ita equidem colligebam. Theodosius ait *ex his autem tribus codicibus, et per singulos titulos coherentibus prudentium tractatibus et responsis eorumdem opera, qui tertium ordinabunt*, ergo tertii codicis auctores post novam aliquam navatam operam super altero codice, probatiorum prudentum responsa deligere debebant, quae singulos codicis titulos enarrarent. Neque res aliter, quam Theodosius iubet, esse poterat, quum prudentum libri praecipuum locum in iuris scientia tenerent. Romanum enim ius a XII. tabulis propositum crevit plebiscitis et Senatus consultis, amplificatum fuit a Praetoriis Edictis, quae singulas prope iuris civilis partes vel addendo, vel temperando, attigerunt. Hisce magistratuum vocibus accessit sapientia Prudentum veluti moderatrix et interpres legum, quae iura dispersa simul comparando atque enarrando ea illustrabat ac definiebat. Hinc maxima auctoritas, qua quovis tempore vel apud Imperatores pollebant Iurisprudentes; hinc notissimum respondendi beneficium, quod ab Augustis concessum Prudentibus mansit, ut plerique contendunt, usque ad Constantini M. aetatem. Itaque ius Romanum a Magistratibus sancitum, atque a Iurisconsultis sapienter digestum, quod perfectionem suam propemodum attigerat, cum iniquum fuisset illud praefracte respuere, tum imprudentissimum ea praesertim aetate, qua veterum institutorum libertatisque aliqua saltem mendax imago servanda erat, ne Principes in offensionem populi inciderent. Sed Imperio, ut fit, sensim sine sensu ad absolutam unius dominationem vergente, primus omnium Diocletianus novam Imperii formam atque administrationem, nec non munera inaudita proposuit; Constantinus deinde eiusque successores rem perfecerunt, tum Diocletianaeam rei publicae temperiem ad Christianae religionis instituta exigendam curarunt. Nova ergo rerum conversio potissimum versabatur circa novum iudiciorum ordinem, administrationem Imperii et rei privatae, auctoritatem magistratuum, privilegia ordinum, officia nuperrime municipiis indicta, civilem disciplinam, tributa, opera publica, rem Ecclesiasticam, aliaque id genus; ceterum in pristino iure vix pauca mutarunt Augusti, sique responsa dabant interpretes potius constituti iuris agebant, quam promulgatores novi. Quare verissime affirmari potest, Imperatorias constitutiones veluti sui fundamentum necessario exposcere vetus ius quaestorium a Prudentibus enarratum, ipsasque Prudentum enarrationes. Quae quum ita sint, putabimus ne Theodosium novum et absolutissimum iuris corpus meditantem illud condere potuisse, semotis Iurisprudentum scitis?

4

lis usus est Alaricus, quod evincunt non modo interpretationes unicuique legi subiectae, verum etiam florileginm fragmentorum, quod Breviario attexendum iussit exhibentque codices manuscripti. Usi esse videntur Gregorius et Hermogenes; ita enim Wisigothica interpretatio l. un. *de resp. prud.* inquit *sed ex his omnibus iurisconsultoribus, ex Gregoriano, Hermogeniano, Gaio, Papiano, et Paulo, quae necessaria causis praesentium temporum videbantur, elegimus*, ut inter libros, qui scita Prudentum continebant, apertissime recenseatur Gregorianus et Hermogenianus. Praeterea Valentiniani lex *de responsis Prudentum* hoc veluti ratum ponit, forensia negotia sine Prudentum lucubrationibus definiri haud posse. Tandem Iustinianus non existimavit universi iuris corpus condi posse, nisi Imperatoriis legibus adderentur Pandectae. Quod ergo indoles iuris Romani manifeste exposcebat, quod aliorum codicum exempla demonstrant, id quoque Theodosio in mentem venisse non solum probabile est, verum etiam evincunt nostrae Constitutionis verba.

Sed, ut redeam unde discessit oratio, dixeram conditores tertii codicis antequam pandectis concinnandis incumberent, aliquam operam navasse super legibus imperatoriis alterius codicis, ita ut tertius exurgeret codex; ait enim constitutio *ex his autem tribus codicibus, et per singulos titulos coherentibus* etc. Hanc vero operam, cuiusmodi illa esset, colligere videor ex verbis *sed cum simplicius iustiusque sit, praetermissis eis, quas posteriores infirmant, explicari solas, quas valere conveniet, hunc quidem codicem, et priores* etc. Enimvero tertium codicem intento digito demonstrant verba *hunc quidem codicem*; de tertio codice recte usurpatur vox *explicari*, in eo enim explicabantur ope responsorum prudentum, quum in prioribus *collectae* tantum prostarent. Quare persuasum habeo illa constitutionis verba ad tertium codicem esse referenda. Atqui iste codex eas tantum leges explicabat, *quas valere conveniebat*. Si qua igitur potestas stat vocabulo *conveniet*, iure colligo vigentes leges, quas alter codex complectebatur, ad trutinam revocatas fuisse, easque tantum fuisse delectas *quas valere conveniebat*. Porro haec convenientia varia esse poterat. Vel enim, quum inter iurisconsultos de convenientia, seu aequitate aliquarum legum quaestio iamdiu exagitaretur, debebant confectores tertii codicis statuere quaenam sententia esset sequenda, atque adeo leges aliquas vel abrogare, vel derogare, seu parce detorquere. Vel quum ipse Theodosius statuisset de legislatione aliquid mutare, aliae item leges accomodandae erant imperatoris menti.

Postremus tandem, qui nullum errorem patietur, nullasque ambages, et

sequenda omnibus vitandaque monstrabit, Theodosii nomine inscribendus ac promulgandus, complectebatur ius ipsum purum putumque simplicissima ratione propositum, omissis cum Imperatorum, tum Prudentum testimoniis; fuisset adeo instar Edicti Perpetui, Institutionum Iustiniani, legum Langobardicarum, atque bodiernorum Codicum, qui iura praestituunt, quin ea raptent per longam testimoniorum seriem. Hic codex exhibuisset ius paucis iisque apertissimis verbis conclusum; eius rationes et momenta una cum enarratione prudentum complectebatur tertius.

In hac constitutione designantur conditores duorum priorum codicum; iis absolutis, designasset Theodosius alios iurisprudentes, qui tertio et quarto codici elaborando incumberent, sed quum nedum alter, verum neque primus codex ad unguem perductus fuerit, tum non fuit cur imperator novam ederet constitutionem de duobus postremis codicibus.

Atque haec dicta sufficiant de tribus codicibus, quos veluti fundamentum quarti animo praestituerat Theodosius. Iam cetera persequar huius constitutionis, quae adnotatione digna videntur.

Ceteris conditoribus primi et alterius codicis eminet Antiochus. Amanuensis contextum turbans bis scripsit Antiochi nomen, uti ex imagine folii apparet. Antiochus in *Novella* 1. Theodosii dicitur *cuncta sublimis ex praefecto et consule.* Sane Praefecturam Praetorio gesserat anno 427. (l. 2. *de officio eius qui vic. alt.* Cod. Iust.) tum annis 430. et 431. (l. 6. *de conlat. donat.* l. 4. *de his qui ad eccles. conf.*) Quaestoris munere, quod hucusque ignorabatur, iam fuerat functus; maxime vero decebat quaestorium virum ceteris praeesse, quaestori enim, teste Cassiodoro *Var.* VI. 5. *adesse debet scientia iuris, cautela sermonis.* Idem consul fuerat anno 431. Quare distinguendus est ab Antiocho Eunucho, qui consulatum nunquam gessit; testatur enim Marcellinus ad ann. 399. Eutropium postremum Eunuchum fuisse, qui consulatus honoribus auctus fuerit. Ceterum de tribus Antiochis, qui hac aetate floruerunt, vide Pagium *Crit. Annal. Baron.* ad an. 431. Tillemont *Hist. des Emp.* ad ann. 444. et nota 1. In *Novella* 1. Theodosii inter conditores codicis recensetur Theodorus vir spectabilis comes sacri consistorii; a Magisterio itaque Memoriae ad Consistorianum Comitatum fuit evectus. Scrinia erant maxima tria, Memoriae, Epistolarum, ac Libellorum. Iam vero quum scrinia essent diligentissime excutienda, magistri scriniorum opportuni visi sunt, qui inter conditores codicis annumerarentur. Eudicius et Eusebius mihi quidem sunt ignoti. De Iohanne hanc coniecturam liceat

proferre. Comes Sacrarum Largitionum dicebatur etiam Comes Sacri Ærarii, l. un. *qui a praeb. tyron.* Sacrum autem Ærarium appellari solebat *Sacrarium* l. 49. *de haeret.* Atqui Iohannes anno 429. III. Kal. Iun. erat Comes Sacr. Largitionum l. ult. *de Iudaeis*, atque in actis orientalium post Synodum Ephesinam *Comes Sacrorum*, vel *Comes Sacrensis* dicitur; vel ergo in Palimpsesto legendum est *Iohannem com*, vel duo Iohannes admittendi sunt. Comagon, Eubulus, et Apelles ignoti. Atque hi erant octoviri, quibus duorum priorum codicum opus demandaverat Theodosius. Legimus 70viros, qui hebraicae bibliae in graecam linguam convertendae operam dederunt, in insula Pharos congregatos, communi vitae ratione et contubernio usos demandatam translationem perfecisse. Anne par contubernium indicatur iis verbis *communi . . . vitae ratione?* Sed octoviri non hospites Cpoli versabantur. Quare communem vitae rationem interpretor de statis horis ac diebus, quibus omnes in unum eundemque locum conveniebant de opere sibi demandato consilia collaturi, propriumque pensum invicem lecturi; interpretor etiam de vacatione ab officiis, ut omnium una eademque esset vitae ratio. — Tandem quum novum iuris corpus ad usum utriusque Imperii conficeretur, cavendum erat, ut Constitutiones, quae post absolutum codicem in uno Imperio ederentur, parem in altero auctoritatem sortirentur, atque legislatio in utroque orbe concors et una perseveraret. Quandoque incertus rumor per unum orbem narrabat aliquam Constitutionem in altero Imperio latam fuisse, ut adeo eius auctoritas niteretur dubiae fidei aut privatae quorumdam assertioni; hinc praecipit Theodosius, ut constitutio ab altero Augusto edita statim ac ad alterius Augusti sacros affatus transmissa fuerit, in scriniis recipi debeat et solemniter promulgari. Gemina statuit Theodosius in *Nov.* 1. inquiens: « nullam constitutionem in posterum velut latam in partibus Occidentis . . . « vim legis aliquam obtinere (in Oriente), nisi hoc idem divina pragmatica « nostris mentibus intimetur. » Quapropter Valentinianus posteaquam singulas Theodosii constitutiones suo tempore recepisset, atque promulgasset, universarum demum novellarum corpus a Theodosio missum auctoritate sua confirmaturus haec scribit *leg. Nov.* lib. I. tit. 13: « Clementissimus principum do-« minus Theodosius . . . . leges a se post Codicem numinis sui latas nuper « ad Nos, sicut repetitis constitutionibus caverat . . . direxit, Albine . . . . « Inlustris et praecelsa magnificentia tua . . . perferre eas in notitiam omnium « cum supradicta venerabili iussione simul missa (quod nihil dubitationis re-« linquit) tam suis, quam provincialium iudicum decernet edictis, ut sicuti

« uterque orbis individuis ordinationibus regitur, iisdem quoque legibus temperetur. » Quisque tamen Augustus poterat pro sui Imperii utilitate emendare vel revocare leges ab altero Augusto latas. Insigne revocationis exemplum suppeditat l. 158 *de Decurionibus*, in qua Honorius revocat immunitatem a curiali conditione, quam Arcadius superiore anno Orientalibus Iudaeis concesserat, vide l. 13. *de Iudaeis*; illam enim ait suis *partibus esse damnosam.*

(*** *Idem ĀĀ*)

Omnes edictales generalesque constitutiones vel in certis provinciis seu locis valere aut proponi iussae, quas Divus Constantinus, posterioresque Principes, ac Nos tulimus, indicibus rerum titulis distinguantur; ita ut non solum consulum dierumque supputatione, sed etiam o(*r*)dine compositionis apparere possint novissimae. Ac si qu(*a*) earum in plura sit divisa capita, unumquodque eorum diiun(*c*)tum a ceteris apto subiciatur titulo; et circumcisis ex qua(*que*) constitutione ad vim sanctionis non pertinentibus, solum iu(*s*) relinquatur, quod, ut brevitate constrictum, claritate luc(*e*)at. Adgressuris hoc opus et demendi supervacanea verba, et (*ini*)ciendi necessaria, et mutandi ambigua, et emendandi i(*n*)congrua tribuimus potestatem. Contextores huius Theodosiani Codicis Antiochus amplissimus adque gloriosissim(*us*) praefecturis, ac consularis; Eubulus inlustris ac magnificus comes et quaestor noster; Maximus v̄ī insignibus quaestoriae dignitatis ornatus; Sperantius, Marturius, Alipius, Sebastianus, Apollodorus, Theodorus,

Oron spe(*c*)tabiles comites consistoriani; Maximinus, Ephigenes, Di(*o*)dorus, Procopius spectabiles comites et magistri sac(*ro*)rum scriniorum; Erotius vs ex-vicariis (*et quae*)stor; Neuterius vs ex ***. Quorum si quis au(*t*) humano praepeditus casu, aut aliqua reipublicae detentu(*s*) sollicitudine, ac iniuncto fuerit abstractus negotio, alius in locum eius, si ita visum fuerit, Nostro substitu(*a*)tur arbitrio; ut absolutionem codicis in omnibus negotii(*s*) iudiciisque valituri, nullumque extra se novellae constitutionis locum relicturi, nisi quae post editionem huius fuerit promulgata, nullum possit inhibere obstaculum. Dat XII Kal ian Constpoli. DD NN Theodosio A XV et Valentiniano IIII A conss. (435.)

NOTÆ.

***) Recisa folii ora, desideratur numerus legis.

Si qua earum) Palimps. *earum*; praepostera emendatio, nam pronomen ad constitutiones referendum est.

Potestatem) Palimpsestus hanc habet glossam interlinearem: *scilicet, ut his modis unaquaque inlustrata constitutione* supple *omnia perspicua evadant.*

Consularis) Palimps. *consulares.*

Neuterius) Ante syllabam *tor* sunt litterae evanidae; mihi illae videbantur *tusactor*, sed diffisus meorum oculorum acie abstinui ab iis repraesentandis.

COMMENTARIUS

Inedita generalis Constitutio anni 435, in qua Theodosius novam condendi codicis rationem proponit, novosque Iurisconsultos designat, qui operi vacent; ita ut facile intelligamus ab anno 429 ad annum 435 exeuntem vix quidquam novum codicem profecisse. Dolendum est suo capite obtruncatam fuisse hanc

Constitutionem; praefatio enim nos docuisset, quae causae susceptum Codicis opus per sexennium interpellassent; ad coniecturas ergo confugiendum est, quas post illustratam Constitutionem exponam.

Omnes edictales) Superiore edicto iusserat Imperator, ut generales constitutiones colligerentur, atque, omissa inani verborum copia, breviarentur; sexennio post, iam absoluta sylloge, praecipit ut unaquaeque constitutio concisa in tot fragmenta, quot habet iura diversa, indicibus titulis distinguatur, atque in unum titulum conferantur diversarum Constitutionum fragmenta, in quibus agitur de una eademque re. At, quamvis Theodosius solas commemoret generales atque edictales constitutiones, constat tamen ex ipso codice in eum admissas praeterea fuisse epistolas ad Magistratus, orationes ad Senatum, pragmaticas, rescripta ad consultationes, mandata denique Praetoribus Provinciarum data, et quidquid est privatarum sanctionum. Quae quum ita sint, facile intelligimus universam Codicis Theodosiani rationem non esse aestimandam ex hac una constitutione, in qua nonnulla desunt ex iis, quae conditores iuris revera praestiterunt. Praeterea Theodosius iubet ut OMNES generales constitutiones exeutiantur, atque in codicem inserantur; sed vocabulum *omnes* non ita ad vivum resecandum est, ut credamus nullam omnino constitutionem omissam fuisse a conditoribus codicis. Sane exulare a codice debebant multae constitutiones, quas impius Iulianus vel in Christianam religionem, vel pro Ethnica superstitione tulerat; quum vero nonnullae ex his legantur in codice, merito ideo auctores novi iuris in impietatis crimen vocati sunt a Gothofredo *Prolegom. cap.* II. *n.* 9. Reiiciendae quoque erant leges contrariae se se invicem destruentes; omnem enim iuris diversitatem removendam esse statuerat Imperator in superiore edicto. Aliquid etiam dandum erat humanae infirmitati, quae ad exitum operis festinans, quemadmodum alia peccata admisit a Gothófredo adnotata, ita poterat vel invita nonnullas generales constitutiones praetermittere. Quod si verum est, iam quisque videt quid sentiendum sit de terceotis et triginta constitutionibus, quas Marvillius (tom. VI. p. 222. suae edit. Cod. Theod.) contendit ex codice Iustinianaeo supplendas esse in illo Theodosii, constat etiam quanti facienda sit nonnullorum suspicio dubitantium decem posteriores libros codicis Theodosiani ab amanuensibus mutilatos fuisse. Scilicet si integri ad nos pervenissent sex priores libri, multas, utique supra ducentas, haberemus ex iis legibus, quas Marvillius clamat male abesse a codice. Quod adeo verum est, ut mea quantulaecumque fragmenta quinque priorum librorum

restituant codici Theodosiano complures leges, quas Iustinianus inde decerpserat. Adde quae superius aiebam, facile vel consilio, vel oblivione praetermitti potuisse a conditoribus iuris aliquas constitutiones. Tandem ita ne leges omnes a Marvillio in Indice recensitae pertinent ad generales constitutiones? Quid si aliquae desumptae fuissent ex privatis rescriptis, aliisque huius generis sanctionibus? Quare non est, cur iurisprudentes dubitent de integritate decem posteriorum librorum; hanc enim, praeter ea quae hucusque disputavi, confirmant illa Palimpsesti folia, quae editas codicis partes ita referunt, ut cum editione adamussim consentiant.

Divus Constantinus) Paria habet Theodosius in *Novell.* 1. inquiens: *compendiosam Divalium Constitutionum scientiam ex D. Constantini temporibus roboramus*. En mutatam universi codicis rationem; iam codex constabit solis constitutionibus Imperatoriis a Constantino M. eiusque successoribus editis.

Claritate luceat) His gemina sunt illa Theodosii in *Novell.* 1: « manet igitur « manebitque pro perpetuo elimata gloria conditorum, nec in nostrum titu- « lum demigrabit, nisi lux sola brevitatis. »

Adgressuris) Haec verba, quibus definitur auctoritas, qua uti poterant iurisconsulti in concinnandis fragmentis legum, diligenter pensanda sunt. Superior constitutio nullam paullo liberiorem facultatem ipsis concedebat, nisi illam instituendi delectum legum. In hac vero Imperator multa contulit ad eorum arbitrium. Circumcisis enim legum praefationibus, poterant in ipsa sanctione iuris 1.° demere supervacanea verba, eaque aliis, quae viderentur necessaria, supplere, 2.° mutare ambigua, 3.° emendare incongrua, quod late patere potest. Iustinianus non his contentus maiores facultates fecit conditoribus sui codicis, subdens: « colligentes vero in unam sanctionem quae variis consti- « tutionibus dispersa sunt, et sensum earum clariorem efficientes. » En in codice Iustinianaeo tempora turbata, pugnas in unam eandemque sanctionem invectas, en sanctiones proprio marte effictas a Decemviris.

Contextores) In hoc contextorum censu iterum leguntur Antiochus, Theodorus, atque Eubulus; sed desiderantur Eudicius, Eusebius, Iohannes, Comagon, et Apelles in superiore lege commemorati, qui vel ex vivis excesserant, vel aliis distinebantur muneribus, vel in offensam Principis ceciderant ob Nestorianismi partes susceptas. Horum loco suffecti leguntur Maximus, Sperantius, Martorius, Alipius, Sebastianus, Apollodorus, Oron, Maximinus, Ephigenes, Diodorus, Procopius, Erotius, et Neuterius. Absoluto tandem codice, triennio

post, octo tantum laudantur conditores iuris Antiochus, Maximinus, Martyrius, Sperantius, Apollodorus, Theodorus, Epigenius (qui, orthographia parce detorta, in hac lege scribitur Ephigenes) et Procopius, qui adeo inter praecipuos auctores novi iuris habendi sunt.

Eubulus) In superiore lege dicitur *ex-magistro scriniorum*, in hac Quaestor, ampliori enim dignitate auctus fuerat.

Maximus) Ignotus, aeque ac Sperantius, Marturius, Alipius, Sebastianus, Apollodorus, Theodorus, Oron, Erotius, et Neuterius.

Maximinus) Gothofredus suspicatur hunc non differre a Maximo Sophista commemorato a Theodosio in l. un. *de profess. qui in urbe Cpol.* Coniici quoque posset eundem esse, ac Maximinum Comitem Sacrarum Largitionum anno 424. de quo lege Gothofredum in *Prosopogr.* ad v. Sed quis fidat hisce levissimis coniecturis?

Neuterius) Habemus Neuterium anno 390. Praefectum Praetorio, eundemque Consulem, qui tamen anno 435. senio, uti probabile fit, conficiebatur.

Quorum si quis) Ergo Eubulus, Maximus, Alipius, Sebastianus, Oron, Diodorus, Erotius, et Neuterius, quorum nomina in hac constitutione leguntur, absunt vero a *Novella* 1. Theodosii, fuerunt aut humano praepediti casu, aut aliqua reipublicae detenti sollicitudine, quin alii in eorum locum suffecti fuerint.

Anno 429. Theodosius legem tulerat de novo codice condendo, hoc autem anno 435. exeunte vix collectae fuerant generales constitutiones. Ita ne integro ferme sexennio opus erat, ut generales constitutiones colligerentur? Nonne istae servabantur in scriniis utriusque principis Urbis? Tum, si qua forte desiderabatur, tantum ne temporis, ut ex quavis vel remotissima et disiuncta toto orbe provincia excipi possit? Triennii opera confectum dedit codicem Theodosianum; unico anno Tribonianus defunctus est suo codice; quis credat sexennio opus fuisse, ut ex principum Urbium scriniis, atque ex provinciarum archiviis in lucem proferrentur, atque Cpolim mitterentur generales omnes Constitutiones? Nulla ratione haec intelligi possunt, nisi aliqua externa obstacula intercessisse credamus, quae tantam moram attulerint. Quaerenti vero quaenam ista fuerint reponam causam esse maxime unam. Quamvis enim coniicere possimus plerosque iurisconsultos, quos Theodosius anno 429. designaverat, fuisse vel fato functos, vel ad alia munera translatos, vel suis dignitatibus spoliatos, ut adeo tres tantum superfuerint Antiochus, Theodorus, et Eubulus; causam tamen longe probabiliorem fuisse credo Nestorii haeresim. Vix enim Nestorius

anno 428. fuerat renanciatns Episcopus Cpolitanus, atque coepit turbas in universo Oriente religionis causa excitare. Arianos primum Ecclesiis expulit, Quartodecimanos et Macedonianos acerbe exagitavit, Manichaeos habita Cpoli Synodo anno 430 damnavit ipse mox futurus haeresiarcha nalii secundus. Nam pro concione coepit primum callide insinuare, deinde aperte exponere praepostera sua piacita de naturis et personis. Hinc Theodosii familia ae Imperii proceres in diversas sententias abire, ab anla ad mnititudinem discordiam traduci, pars Nestorio, pars Cyrillo favere, gratia opibus artibus omnibus pro se qnisqne apud Imperatorem et piebem agere; ut adeo ex animorum disiunctione intestinum beliam omnium caiamitosissimum ortum fnerit. Si qnod enim beiinm est civili hominum societati exitiosum, iilud esse credo, quod ex dissidio animorum de maxima aiiqua re, praesertim vero de religione, concertantium existit. Quare baud dubito affirmare a Nestorii baeresi maxime repetendam esse intermissionem codicis. Nam animi a iuris indagatione facile avocabantur ad disputationes de religione; tum viri muneribus insignes, eniasmodi erant viiiviri, faciie etiam in offensionem Principis ob susceptas opiniones incurrere poterant, suisque adeo dignitatibus spoliari; tandem mediis in fluctibus concertationum animus vix institui potest ad seriam meditationem, qnae ex serena mente dedncenda est. Sola redintegrandae pacis spes posita erat in Oecumenico Conciiio. Hoc Ephesi indicitur anno 431. Ibi primo pugnatum est argumentis scripturarum et traditionis; deinde contra aulicam vafritiem, quae Nestorio patrocinatura fucum bono Imperatori feeerat. Damnato tandem Nestorio, neque affuisit optata pax. Iobannes enim Antiocbenus aliique belinm instaurabant innocentiam Nestorii inclamantes. Quare, licet Catholicae fidei consultum fuerit ipso anno 431. quo Ephesini Patres dogmaticum decretum ediderunt, tamen Ecciesiae et Anlae res nonnisi anno 435. compositae mibi videntur, quo Theodosius nomen, libros, atqne conventus Nestorianorum damnavit solemni constitntione, l. nlt. *de Haereticis*. Hoc demnm anno, quum, interposita Imperatoris auctoritate, procerum mentes a Nestorianis rebus ad pristina studia revocatae fuissent, iubet Theodosius suscipi intermissum codicis opus. Ceterum per bos annos conticuisse magistratus, leges, rescripta, omneque iuris studinm faciie colligo ex *Chronologia Codicis Theod.* a Gothofredo digesta. Namqne anno 431. nonnisi duae leges sunt editae, tres vero annis 432. 433. 434, maiorem iterum legnm proventum tulit annus 435, quo pax Imperio reddita est.

Pace parta, atque animis ad intermissa studia revocatis, novam codicis

formam, uti hucusque vidimus, Theodosius proposuit. Cuius mutationis causas inquirenti mihi visum est, omnes fere ex indole Theodosii ac temporum profectas esse. Is erat Theodosius, qui multa posset ornate, ut iis temporibus, scribere, multa recte et utiliter pro Imperii salute excogitare; carebat tamen fortitudine animi rebus exequendis pari, nisi res esset de religione tuenda. Nam intra domesticos parietes a Pulcheria sorore sanctissima educatus, studiis honestisque oblectamentis tempus impertiebat, saepe adorabat, aut Ecclesiasticos viros disserentes audiebat; ut vero facilius privati otii suavitate frueretur, libentissime Imperii habenas communicavit Pulcheriae. Quare ab usu rerum consuetudineque remotus, umbratili vita pallescens eam contraxerat animi imbecillitatem, qua res, dixerim etiam homines, reformidaret potius, quam praepotens versaret, et quo vellet inflecteret. Multis quidem literis eruditus utiles reipublicae amplificandae rationes excogitare poterat; at negotii publici expers, itemque pertinaci animi vi destitutus, molliter et remisse saepe res tractabat, consilium porro vel facile mutabat, vel detorquebat, quoties debuisset gravissimis difficultatibus se obvium ferre. Praetermitto Pulcheriam, quae, licet multis supra sexum virtutibus ornatissima, animum tamen muliebrem habebat. Antiochus vero universo codicis operi praefectus quocumque animi robore polleret, (quod equidem, tacente historia, prorsus ignoro) imprudentissime fecisset, si paullisper inertiam alterutrius excitans ad magnas res vel capessendas, vel ad propositum finem acriter urgendas, raram concordiam in societate potentiae tentasset, seque obiecisset aulicorum invidiae. Igitur consilium novi codicis condendi doctum fuit excogitatum Pulcheriae et Theodosii, quod facile intermiserunt statim ac Nestorianae controversiae turbas in Imperio excitarunt. Iam quemadmodum mollis Theodosii indoles deterrita a Nestorianis rebus nullo negotio intermisit codicis opus, sic eadem deinceps quasi diffisa suis viribus faciliorem operis formam praeoptavit. Nam, damnatis Nestorianis, post tot tempestates se tandem colligens animum iterum convertit ad codicem. Sed fortasse animo providens fore, ut Iurisconsulti novas controversias excitarent in iure constituendo, atque in habendo delectu non tantum legum, verum etiam opinionum Prudentum in Pandectis admittendarum; praeterea timens, ne magnitudo consilii officeret operi, praesertim quum invidiosissimis temporibus facile enascantur causae, quae coeptum opus interpellent: a primo consilio recedendum esse statuit, atque puram putamque syllogem legum a Constantino M. eiusque successoribus latarum edendam esse iussit. Superiores enim omnes leges iam

collectae prostabant in codicibus Gregorii et Hermogenis, quorum adeo auctoritas confirmanda erat. Quod vero pertinet ad scita Prudentum, eorum defectum abunde suppleri posse existimavit Valentiniani lege *de respons. Prudent.* quam revera probavit, atque codici inseruit. Ad hunc fere modum equidem credo primum codicis absolutissimi consilium in hoc deterius fuisse mutatum.

Dat. XII) Anno itaque 435 lata fuit haec constitutio. Eodem vero anno, si editionibus fidas, data fuit Theodosiana Novella, qua codicis iam absoluti auctoritas confirmatur; editiones enim datam esse referunt *Cpoli Theodosio A. XV. et qui fuerit nunciatus consulibus.* Nullus ergo dubitandi locus superest, quin in Novella reponendum sit *Theodosio A. XVI.* uti recte auguratus fuerat Gothofredus *Proleg. Cod. Theod.* cap. 1. n.° 3.

Ex his, quae hucusque ad singula fere verba utriusque constitutionis adnotavi, hanc videor colligere posse Theodosiani codicis historiam, quae in annalibus Iurisprudentiae prorsus desiderabatur.

Theodosius iunior quum animadvertisset civile sui temporis ius dispersum per tres superiores codices, nempe Edictum Perpetuum, Gregorianum et Hermogenianum, per innumeras Principum constitutiones, atque Iurisprudentum libros, multam operam et ambiguitatem facessere, cum ob infinitum librorum legendorum numerum, tum ob frequentes abrogationes derogationesque, constituit illud iuris corpus edere, quod apto legum delectu concinnaque distributione iusta omnia atque iniusta certissime monstraret. Par desiderium insidebat Occidentali imperio. Nam Valentinianus incertum ius, quantum in se erat, stabilire contendens, emiserat anno 426 orationem ad Senatum Urbis Romae, in qua, praeter alia, Principum sanctiones atque Iurisprudentum libros aestimans definierat quae Constitutiones, rescriptaque Principum, quae Prudentum lucubrationes et responsa possent in iudiciis cum auctoritate proferri atque legi, vide Gothofredum ad l. unic. *de respons. prudent.* Sed nova iuris editio expectanda non erat ab Imperio Occidentali, quod moderabatur Valentinianus vix adolescentiam ingressus. Itaque Theodosius consilium, quod ceperat suadente, ut probabile fit, sorore Pulcheria, primo aperuit anno 429 solemni edicto ad Senatum Cpolitanum dato. Scilicet octoviros delegit civilibus muneribus, quibus nitide fungebantur, et eximiae scientiae opinione praestantissimos, in primisque Antiochum virum Quaestorium et Praefectura Praetorio functum. Isti usi vacatione a suis officiis sedulam operam in novo codice componendo collocare debebant, atque adeo communi studio, communi vitae ratione, statis diebus

consilia inter se conferre. Sed consilia, non secus ac opus ipsum, exigenda erant ad rationem a Theodosio praestitutam. Generales omnes constitutiones in unum codicem conferendae erant; harum praefationes inaniaque verba resecare quidem poterant conditures codicis, at in ipsa iuris summa ne unum quidem imperatorium verbum aut immutare aut parce detorquere. Suo munere defuncti codicem offerebant Imperatori approbandum. Codice publica auctoritate approbato, iidem iurisprudentes alterum codicem concinnaturi omnem iuris diversitatem, quam primus sistebat, penitus tollebant, eas tantum leges seligentes, quae a sequioribus non essent abrogatae. Confectu iam altero codice, de aequitate et convenientia nonnullarum legum disputavissent inter se iurisprudentes illi, quibus haec sparta commissa fuisset. Leges, quae probatae sententiae adhaerebant, admissae fuissent in tertium codicem; tum ad singulos codicis titulos addita fuissent loca delecta ex elucubrationibus praestantiorum prudentum, quae leges explicassent. Tandem ius, quod tertius probaverat, quartus codex exhibuisset simplici ratione expositum, semotis iurisprudentum et imperatorum testimoniis.

Haec constituerat Theodosius anno 429. Nec mora; coeperunt octoviri scrinia utriusque Imperii excutere, emendatissima exemplaria superiorum legum exquirere, ceteraque, quae primo codici conficiendo opportuna videbantur praeparare. Manum operi admoverant, iam generales omnes constitutiones in promptu habebant, fortasse etiam leges breviare coeperant, cum Nestorii haeresis omnia perturbavit, aulicos et plebem in varias traxit sententias, eorumque mentes alio convertit; hinc rara edicta per eos annos promulgari, conticescere iura, studia de novo codice intermitti atque negligi. Inter haec celebratur Synodus Ephesina anno 431, sed Ecclesiae Imperioque pax restituta demum fuit anno 435. Rebus ad pacem compositis, Theodosius intermissum opus resumendum esse iubet altero edicto dato anno 435 desinente. Ex octoviris tres supererant vel vivi, vel Imperatorio iudicio pares tanto operi; his proximi creati sunt alii tresdecim. Sed alia methodus XVIviris proposita fuit. Theodosius enim timens, ne ea tempestate invidiarum bellorumque plena novae causae interpellarent coeptum opus, ratus etiam faciliori via aliquam iuris syllogen colligi posse, novam proposuit eamque breviorem condendi codicis rationem. Omissis constitutionibus editis a praedecessoribus Constantini M. quarum plerasque iam collectas dabant codices Gregorii et Hermogenis iussit eas tantum generales constitutiones, quas Divus Constantinus posterioresque Principes

sciverant, admitti in codiee; constitntionum nomine late sumto, veniunt etiam rescripta, epistnlae, orationes, aliaeqne sanctiones haud generales. Hae in tot fragmenta dispertiendae erant, qunt definita inra continebant; fragmenta pro varia inrium ratinne distribnenda erant per varios titnlos et libros. Sed in conceinnandis fragmentis amplinr potestas XVIviris concessa fuit, quam VIIIviris; illi enim poterant Imperatoria verba demere, emendare, mutare, his alia addere. Post triennii operam tandem aliquando prodiit Theodosianus codex constitutione Imperatoria confirmatus a. d. XV. Kal. Martii, Theodosio A. XVI. et qui fuerit nnneiatus, consulibus.

(TITULUS II)

DE DIVERSIS RESCRIPTIS.

I. Imp̄. Constantinus
Antiocho P̄F̄tó Vigilum

Annotationes nostras sine rescribtione admitti non placet, id(*eo*)que officium gravitatis tuae observet, sicut semper est custoditum, ut rescribta, vel epistulas potius nostras, quam adnotationes solas existimes audiendas. Dāt III Kāl iān. Triveris. Volusiano et Anniano conss̄. (314)

NOTÆ.

Vigilum) *Vigilium* Palimps. Eidem quoque *Antiocho PF Vigil.* inscribitur lex 3. *de infirm. his quae sub tyr.* data, si editae lectioni fidem adiungimns, anno 326. Nuta marginalis male mutilata, si recte video, veritatem lectionis *Antiochn PF Vigilum* propugnabat. Cum enim in latino exemplari lex inscriberetur . . . . *NI P̄Ū*, ac si huic . . . .*NI Praefecto Urbis* fuisse *indulta*, Amanuensis testatur *secutus sum exemplum constitut. graec. lib. V*, quae

lucnlenter babebat ANTIOXΩI NYKTEΠΑΡΧΩΙ. Qui vero fuerit *liber V* equidem ignoro.

Adnotationes) *Adnotitiones* Palimps.

Triveris) Lex 10 *de adquir. et ret. possess.* Cod. Iustin. lata hoc eodem anno *XI Kal. febr.* dicitur *PP. Tribon.* repouo *Triber.* pro *Triver.*, nti recte viderat Gothofredns in *Chronol. Cod. Theod.* ad ann. 314.

COMMENTARIUS.

Lex inedita. Rescripta, Epistolae, atque Adnotationes bic distinguuntur. Principum Rescripta, a quibus magna iuris pars fluxit, eae dicebantur responsiones, quas vel ad libellos supplices, vel ad quaesita magistratuum dabant. Epistolae nltro scribebantnr ab Imperatoribus, quin praecessisset ant libellus supplex, aut magistratunm consultatio. Tandem cnm Rescriptis, tum Epistolis a Quaestore, vel alio Officiali, exaratis solebant Principes propria manu nomen suum apponere, saepe etiam adnotationem, quae paucis perstringeret totius Epistolae vel Rescripti snmmam. Imperatoria subscriptio colligitur ex Diocletiani lege 3. tit. 23. lib. I. Cod. Instin. qna sancitum est, *ut authentica ipsa, atque originalia rescripta, et nostra etiam manu subscripta, non exempla eorum insinuentur*; inter legitimas Rescriptorum notas recensetur ab Imp. Leone ib. l. 6. *subnotatio nostrae subscriptionis*; vide etiam *Novellam* Valentiniani *de homicid. casu facto.* Adnotationis luculentissimnm exemplum extat in veteri lapide Romano, in quo haec Adnotatio legitnr: *Feretrum fieri placet.* His in antecessum constitntis, iam patet mens legis. Scilicet erant iudices, qni compendium temporis ntque lectionis factnri, nihil, nisi sacram Adnotationem legebant, hanc quoque solam vel recitabant actoribus et petitoribus, vel sibi ab aliis recitari patiebantur, ceteria posthabitis, quae fnsius enarrabat Divale Rescriptnm. Fieri quoque poterat, ut Adnotatio concisis verbis conclnsa aliquam praeseferret ambiguitatem, vel etiam pugnantiam cum Rescripti aut Epistolae verbis. Quare Constantinus hac lege declaravit ipsa Rescripti, vel Epistolae, verba potiora esse Adnotatione, ut magistratus illa potius pensare deberent, qnam istam.

II. Idem A ad Populum

Contra ius rescribta non valeant quocumque modo fuerint inpetrata; quod enim publica iura praescribunt magis sequi iudices debent. Dāt ** Kāl septēmb. Romae. Constantino A. IIII. et Licinio IIII. Caes. conss (315).

NOTÆ.

Idem A) *Id āā* Palimps. ac si duo essent Augusti. Lex ipsa edita est in Codice Theodosiano l. 1. h. tit. quam adeo pluribus illustravit Gothofredus.

Dāt **) *PP. IIII* Edit. Gothofr. Sane die VIII Kāl sepī huius anni Imperator Romae erat, vide enim l. 3. *de appellationibus*. Vox tamen *dāt* in Palimpsesto vix oculis conspiciendam se praebet.

III. Idem A. Septimio Basso PŪ.

Ubi rigorem iuris placare aut lenire specialiter exoramur, id observetur, ut rescribta ante edi(*c*)tum propositum impetrata suam habeant firmitatem, nec rescribto posteriore derogetur priori. Quae vero postea sunt elicita nullum robur habeant, nisi consentanea sint legibus publicis; maxime cum inter aequitatem iusque *interpositam interpretationem nobis solis et oportet et licet inspicere. Dāt III. nōn decemb. Sabino et Rufino conss* (316).

NOTÆ.

Idem A) *Id āā* Palimps. ac si duo essent Augusti.

Septimio Basso) Iam ex aliis legibus innotescebat Bassus per hos annos

Urbis Praefectus, vide Gothofredum in *Prosop. Cod. Theod.* ad v. Ignorabatur tamen praenomen *Septimius.*

Rigorem) *regorem* Palimps. vocali *i* suprascripta. Vox *iuris* dubia est, quippe evanida.

Lenire) *linire* Palimp.

Exoramur) *Exoratur* Palimps.

Suam habeant) *sua habeant* Palimps.

Legibus) *leges* . . . *inter equitateiusque* Palimps.

Interpositam etc.) In Cod. Iustin. lib. I. tit. 14. l. 1. haec habetur lex: *Imp. Constantinus A. Basso Praefecto Urbi. Inter aequitatem iusque interpositam interpretationem nobis solis et oportet et licet inspicere. Dat. III. non decemb. Sabino et Rufino conss.* Scilicet est fragmentum nostrae legis; quam adeo integritati suae restitui.

COMMENTARIUS.

Lex inedita. Superiore lege cautum est, ne rescripta Imperatorum iuri pubblico contraria vim suam sortiantur. Iam quum fieri possit, ut post impetratum rescriptum, sed antequam exsecutioni mandetur, Imperator generali aliquo edicto consultum eat eidem iuris speciei, quaestio suboritur, utrum rescripto magis, an edicto sit obtemperandum. Vult ergo Constantinus rescripta ante propositum edictum impetrata suam habere firmitatem, ita ut generalis constitutio neutiquam deroget speciali rescripto iam emisso. Auctoritas enim rescriptorum neque anni spatio (Cod. Iustin. lib. I. tit. 23. l. 2) neque ulla alia re concludi potest. Adeo haud secus a rescripto posteriore non eliditur vis rescripti prioris. Prius enim rescriptum perenne est, atque ius definit; posterius vero, utpote priori contrarium, adversatur proposito iuri, est ergo reiiciendum, facile etiam credi potest obreptitium, atque Princeps circumventus. Posterior legis pars, mutatis verbis, consonat cum lege superiore; causam tamen affert, quam iubet expendere. Rescripta ab Imperatoribus maxime concedebantur, quoties leges vel de aliqua iuris specie silebant; vel dubiam patiebantur interpretationem; vel in aliqua facti specie sanctissimam aequitatem manifeste laedebant; quod innuit Constantinus iis verbis *ubi rigorem iuris placare aut lenire specialiter exoramur.* Quare fieri poterat, ut iudices aequitatis specie illusi vim

auctoritatemque tribuerent alicui rescripto publicis legibus aperte repugnanti, quum viderent rescriptum aequitatem sequi, legem vero summo iuri adhaerere. Itaque, ne legum certa vis eluderetur aequitatis specie, atque huic violationi Imperatorium rescriptum, veluti causa, praetexeretur, Constantinus haec addit de aequitate, quae ab Imperatoribus esset definienda, neutiquam vero iudicum arbitrio concedenda. Ita ut rescriptum quoties certissimo iuri adversaretur, sua careret auctoritate; bene vero vim obtineret suam, quoties aliqua in specie legem prima fronte adversantem ita interpretaretur, quo aequitas laederetur. Maxime autem decebat Constantinum haec de aequitate statuere, quippe qui biennio ante tulerat hanc legem ultra quam ipse vellet late patentem: *Placuit in omnibus rebus praecipuam esse iustitiae aequitatisque, quam stricti iuris, rationem*, l. 8. *de iudiciis* Cod. Iustin. Ita ne in omnibus? Sane non in legatis, non in contractibus, non in causis libertatis, aliisque, quae Iurisconsulti ad h. l. adnotant. Ad haec, quisnam praecipuam habere debet aequitatis rationem? Anne magistratus? Quare quum multi iudices pro marte suo aequi bonique res aestimare vellent contra apertissimum legum publicarum praescriptum, tum Constantinus incertissimam legem a se latam temperavit. Consonat huic legi l. 9. *de legibus* Cod. Iustin.

Supplenda

I mp constantinus a adleontiumppomoneanturiudicesqui
probocationesuitantessubpraetexturelationisdifferunt
causasciuilescoeptanegotiaterminareutsiquisappellandu
• crediderit inauditoriosacroaputauctoritatemtuameleos
quideappellationib.iudicantnegotiumaudiatur dat III K aug
constantio a III et constante II aa ꝯss

I mppconstantinusetconstans aa adtaurumppointerceterasoli
taperpetaripleriq.diuiderearbitriosuoannonariasspe
ciesdeteguntur quodnulliomninofasestpraetersublime
fastidiumpraefecturaenullusigituriudexsineauctorita
tetuainspecieb.annonariiserogandishabeantfacultatem
dat XV K aug med arbitione et lolliano ꝯss

Id aamusonianoppo nullampatimurpraefectorumalienas
dihocesesiemolumentaannonariaerogare dat VII id iun
• aerbillo datiano et cereale ꝯss

Id aamusonianoppo citranostrapraeceptanulliannonascog
noscaseessepraenendas dat III id iun med indictione XV.

I mppp ual grat et ualanusaaaadmarinumpu exeorumcorpora
a dqueordioequisacriscognitionib.praesuntpropriamquae
a dparionembancpotissimumsustinentutspecialiofficio
e minentiaetuaeiudiciisobsecundetcuminterpositaina
l iisiudiciisprobocationedefiniendinegotiisuscipiantcu
r ameosquiadproximatumperueniuntuelmilitiaeordi
n enelexercitationismeritodeligeredebebissobmotis
c eterisquosextrasortempositosetaliundeuenientes
s ecretoordininonoportetadiungi dat VII id mart ualente
II et ualano II aa ꝯss

Im p pp ualanustheodetarcadaaatatianoppo siquodiodi
c escorporemarcentesetneglegentesdesideaesom
n iisnscitantessiquosseruilisfurtiauiditatedetegene
****...............
r esuelsimiliumuitiorumleuelsimiliumuitiorumleues
s ublimitastuarepperitinuolutosineosuiudictampubli
i......
c aeultionisexaggerecertismotisuicariosanbrogetut
a dnostraemansuetudinisscientianoncriminasedniudic
t areferatur dat VI non martmed timasioetpromoto ꝯss

Idaa aaddeocometmagistroutriusq.militisedeordinarios
iu dicessemperinlustrisestcognitiopraefecturaelicet
m ilitasinirosbeofactafueritiniuria dat prid id ian consp
th eod a III et abundantio ꝯss

	Supplenda
XI. Imppsarcadethonaauincentioppo omnasquiprouinciaar	*e*
guntreliquassuitemporisdepositaadministratinneco	*n*
pellantpossessoresueroquosadinplendasnecessitates	
test	
nullapossenerecundiaconmouerecnnnentiintraann	*um*
trinauicennisiomnesinpleuerintfunetinnesduplatu	*m*
e	
debitnmperofficinmmagnificentiaetuaeinpleuntdat III	
id feb med bon a IIII clenticiano ꝯss	
a s	
XII Id aa messalaeppo peromnesprouinciasdiocereortuae	*et*
perafricamlargitinnaliumtitulorumcomitumsubm	*o*
tisdispositionib. magnificentiaetuaehuiustitulicuram	
necessitatemquaepermittimusamotispalatinisomn	*i*
si	
b sciantitaq. omnesuicariiuelurdinariiiudicesadsed	*is*
simulatafneritexactioculpamessereferendam dat V	
id oct theoduro nc ꝯss	
XIII id aa messalaeppo iamdndummeproninciisarceriiuss	*i*
o s	
muspalatiniscumomniexactioaddiligentiammagni	*fi*
centiaetuaeeturorumspectabilinmuicariorumne	*e*
nonetordinariorumiudicumsollicitudinemdebea	*t*
pertinereetnunceademconfirmantesdecernimu	*a*
utsiquispalatinusexofficiuiriinlustriscomitissac	*ra*
s . . .	
rumlargitionumperprouinciarumrepertusfuerit	
quiexaetionemsibiaudeatuindicareadandientiam	
uicomitissaeriaerariiferroobrutusderigaturu	*t*
do u	
alestineoseuriseuindicetureossancpalatinosquiau	
te	
comisreipriuataecumpublicislitterisdestinaturadco	*m*
monitioneiudicisquodfaciliusexpraediisreinno	*a*
n	
traeconferaturdebitaepensionesconsummandaeger	*e*
qu	
repraecipimusdisciplinsdeeorumnominib. sitemere	
uersatifuerintadsublimitatemtnamreferripeordi	*na*
in	
riosindieesoportebituteosseuerissimeuindicetdat *	**
dec med stilichona et aureliano ꝯss	
XIIII Imppp arcad bon et thend aaa anthemio ppo siquipostha	*c*
ad	
uelutiindebitisbnnerib. grabatinpraecescredideri	*nt*
at	
connolandumsiuedenaniculariisrationib. sinedet	*rans*
ne	
actionib siuedelustralisauriargentiueconlatione	*de*
bs	
omnib. bissdq. huiusmodiordinatinnib. rescribtaqna	*eemit*
ticontigeritadsedemsublimitatistuaerescribant	*ur*
dat VIII id dec constp stilichoneetanthemio ꝯss	

(*LIBER PRIMUS*)

(*TITULUS V*)

(*DE OFFICIO PRAEFECTORUM PRAETORIO*)

(*IIII I*)mperator Constantinus A ad Leontium P̄P̄o

Moneantur iudices, qui provocationes vitantes sub praetextu relationis differunt causas ciuiles, coepta negotia terminare: ut, si quis appellandum crediderit in auditorio Sacro aput Auctoritatem tuam, uel eos qui de appellationibus iudicant, negotium audiatur. Dat III K aug Constantio A. III et Constante II AA conss. (342)

NOTÆ.

Inedita

Ad titulum *de officio Praefectorum Praetorio* has leges pertinere facile quisque videt. Numerus legis colligitur ex postremis quatuor legibus, quae numero insignitae sunt.

Provocationes) Palimp. *probocationes.*

COMMENTARIUS

Provocare idem est, ac a iudicis inferioris sententia solemniter lata appellare ad maiorem iudicem; ita ut provocatio locum habere nequeat, nisi post negotium sententia definitum. Relatio vero est consultatio, qua iudex de dubio iure haesitans mentem Principis adibat; quod nisi ante latam sententiam fieri non poterat. Iam cum iudices inferioris gradus aegre ferrent a suis sententiis interponi provocationis auxilium, tum varias technas excogitarunt. In his metum suae iudiciariae potestatis obiicere litigantibus, vide titulum *de hiis qui per metum iud. non appell.*; carcerem comminari, iniurias contumeliasque inferre

(l. 4. 15. 22. 58. *de appellat.*) Saepius vero edicebant se ad Principem relaturos esse; quod vel ante, vel post sententiam latam factitabant. De relatione post sententiam emissam, qua terrebant litigantes, est l. 2. *de relat.* De consultatione antequam solemne iudicium proferrent, eum multae sunt leges in titulis *de relationibus*, et *de appellationibus*, tum ista. Revera quandoque nonnulla esse poterant, quae eum iuridica sententia definiri non possent (l. 1. *de relat.*), tum ratio atque necessitas suadebat sacrum Principis iudicium adire (l. 4. *eod. tit.*); at, quod techuis iudicum deputandum est, saepe iudex vel coepta negotia interpellaturus, vel praeoccupaturus Imperatoriam mentem, ingerebat non necessarias et insolentes relationes (l. 13. *de appellat.*) ita ut eae causae, in quibus maturato opus erat, diutissime protraherentur. Quare Constantinus praecipit, ut, omni iudiciaria vafritie sublata, suam quisque iudex sententiam ferat, atque coeptum negotium terminet; demum damnatus poterit appellationem interponere.

Solae causae civiles in hac lege commemorantur. Nam, ut est in l. 55 *de appellat. et consultat.: in negotiis civilibus, cum nihil fit, quod ante appellationem iudicio Principali indigeat, agnitis partium allegationibus atque pensatis, terminari oportet controversias, non duntaxat consultatione differri* ec. Varios autem fuisse Magistratus, apud quos veluti per gradus appellatio interponebatur, novimus ex Gothofredo ad l. 2. *de his qui per metum iud.* Iam cum Praefectus Praetorio supremus omnium iudex esset, qui solus vere vice sacra cognoscebat ceterosque moderabatur iudices, l. 16. *de appellat.*, tum ei inscribitur ista lex.

(*V I*)mpp̄ Constantius et Constans ĀĀ
ad Taurum P̄Po

Inter cetera solita perpetrari, plerique diuidere arbitrio suo annonarias species deteguntur; quod nulli omnino fas est, praeter sublime Fastigium Praefecturae. Nullus igitur iudex sine auctoritate tua in speciebus annonariis erogandis habeat facultatem. Dat̄. XV K̄ aug̅. Med. Arbitione et Lolliano conss̄. (355).

NOTÆ.

Inedita lex

Perpetrari) In membrana littera R syllabae *tra* pendula est supra lineam.

Fastigium) In membrana *fastidium*; postea emendatum est *fastigium*.

Habeat) In membrana *habeant*.

COMMENTARIUS.

Provincialibus solebat imponi necessitas vendendi fisco species annonarias l. 2. *de public. comp.*, quo nomine veniunt vinum, frumentum, hordeum, aridi fructus, oleum, sal, laridum etc.; hae vero in publica horrea inferebantur profuturae usibus potissimum militaribus, ac Palatinis domesticis l. 1. *de domest. et protect.*, aliisque. Quare cum in aliorum usum distribuenda atque eroganda esset annona; tum necessario huic dispensationi iudex aliquis praeficiendus erat, qui definiret quot annonariae species, et quibus essent erogandae. Porro hunc iudicem fuisse Praefectum Praetorio declarat apertissime haec lex, atque colligimus ex titulo *de erogat. milit. annon.*; eandem potestatem communicatam fuisse Vicario Praefecti docet l. 3. l. t. Hinc quadrimenstrui breves ab apparitoribus Ducianis mittebantur ad officium PP., ut quae perperam petita vel erogata fuissent adnotarentur l. 1. *de quadrim. brev.* Erant tamen iudices inferiores, qui pro arbitrio suo annonas depromerent atque distribuerent, quod laudata lex 3. *de erog. mil. ann.* apertissime arguit factum a Comite rei militaris per Africam; fortasse etiam eandem sibi facultatem arrogabant ceteri supremi Magistri Ducesque militum, nec non Rectores Provinciarum *l. unic. de Offic. Vicarii.* Iam ut annonae erogatio constaret cum publica eius comparatione, ita videbatur erogationis sollicitudo committenda uni magistratui, ut nullus alius iudex eandem usurpare posset. Quare Constantius consulturus certo militum victui, simulque provincialibus quos annonae collatio respiciebat, statuit h. l. nullum iudicem sine auctoritate PP. posse annonam erogare.

(*VI Id*) ĀĀ Musoniano P̄Po

Nullum patimur Praefectorum in alienas dihoceses emolumenta annonaria erogare. Dāt. VII īd īun (*H*)aerbillo. Datiano et Cereale consš. (358)

NOTÆ.

Inedita lex Musoniano Praefecto Praetorio Orientis inscripta; lege Gothofredum in *Prosopogr.* ad v. *Musonianus.*

Nullum) In membrana est *nullam.*

Alienas) Littera *s* incerta est; at quisque Praefectus plures moderabatur dioeceses.

Dihoceses) In membrana *dihocesisi.*

Haerbillo) Ex vestigiis, quae supersunt primae litterae facile apparet eam esse *h.*

Nomen *Haerbillum*, tum alia *Harbillum*, *Herbillum*, *Arbillum*, *Erbillum*, *Aerbillum* frustra quaesivi apud veteres scriptores. Restat igitur, ut res a Constantio gestae hoc anno nobis significent, in qua nam provincia versaretur mense iunio. Marcellino auctore XVII. 12. Constantius hoc anno quievit *per hiemem apud Sirmium;* deinde, *aequinoctio temporis verni confecto*, duxit exercitum in Sarmatas. Transgressus itaque Istrum populabatur eam Sarmatiae partem, *quae secundum prospectat Pannoniam*, ubi, plus semel fusis barbaricis copiis, pacem tandem firmavit cum Sarmatis. Inde digressus, Bregetionem venit belli Quadorum reliquias extincturus. Tum signa transtulit in Limigantes Sarmatas, qui flumen Parthiscum accolebant, fugavit Amicenses, Picenses, ceterosque hostes. Tandem Sirmium rediit. Constantius ergo maximam anni partem in Sarmatia transegit, quare in Sarmatiae finibus collocandum est Haerbillum, neque procul a flumine Parthisco. Haud ignoro aliquas leges occurrere in Codice Theod. quae hoc anno, mensibus iunii et iulii, datae dicuntur Sirmii, sed eas Sirmii propositas fuisse persuasum habeo; vide etiam Tillemont *hist. des Emper.* ad Imper. Constantium not. 42.

COMMENTARIUS.

Superiore lege cautum est, ne quis iudex, praeter Praefectum Praetorio, annonarias species eroget; hac vero decernitur Praefectum Praetorio intra suas tantum dioeceses hanc erogationem exercere posse. Pluribus dioecesibus Praefectos praefuisse novimus etiam ex l. 11. *de Medic. et profess.* l. 3. *de Episcop. aud.*; singulas vero dioeceses moderabantur Vicarii Praefecti.

(*VII Id*) AA Musoniano PPo

Citra Nostra praecepta nulli annonas cognoscas esse praebendas. Dat IIII id iun Med. Indictione XV. (358)

NOTÆ.

Inedita

Praebendas) Palimps. *praeuendas.*

Mediolani) Constantius hoc anno in Pannonia versabatur, ergo reddita fuit haec lex, non data Mediolani.

COMMENTARIUS.

Praeter milites, et Palatinos domesticos superius a me commemoratos, annona quoque erogabatur inopibus parentibus, qui vix possent familiam sustentare l. 2. *de aliment. quae inop.*; Antiquariis Cpolitanis, qui bibliothecae codicibus reparandis vacabant l. 2. *de studiis liber.*; Archiatris urbis Romae l. 8. *de medic. et prof.*; saepe etiam populo nec non Dignitatibus, ceterisque fungentibus publicis muneribus. Quare, ne annona pro lubitu Praefectorum, et pro audacia subditorum distraheretur, cautum est h. l., quae praecipit ut nulli annona erogetur citra Principis praeceptum. Huic adeo legi insistens Iustinianus definivit numerum annonarum, quae concedendae essent Praefecto Praetorio Africae, eiusque officio *C. Iustin. lib.* I. *tit.* 27.

Haec lex subscriptam habet Indictionem XV, ita ut dubitare nequeamus eam coepisse die Kal. sept. anni 357. Cum hac concinit Indictio X, quae subscripta l. 11. *de iure fisci* data est VII Kal oct anni 367; sed pugnat Indictio XV subscripta l. 2. *de legatis* data XVIII Kal feb Constantio A VIII et Iuliano Caes. conss. 356. Gothofredus legendum coniiciebat *Constantio A VIIII et Iuliano C. II. conss.* 357. sed, ut supra monui, Indictio XV. coepit die Kal. septemb. anni 357. Quare reponenda ibi est Indictio XIII.

(*VIII Im*)ppp Valens Gratianus et Valentinianus AAA ad Marium PU.

Ex eorum corpore, adque ordine, qui sacris cognitionibus praesunt, propriamque adparitionem hanc potissimum

sustinent, ut speciali officio Eminentiae tuae iudiciis obsecundent, cum, interposita in aliis iudiciis probocatione, definiendi negotii suscipiant curam, eos qui ad proximatum perueniunt uel militiae ordine uel exercitationis merito deligere debebis, submotis (c)eteris, quos extra sortem positos, et aliunde uenientes, (s)ecreto ordini non oportet adiungi. Dat VII id mart Valente II. et Valentiniano II. AA conss (368).

NOTÆ.

Inedita lex. Marii nomen ignotum inter Praefectos Urbis; sane praefuit Urbi Cpolitanae, nam praefecturam Romae gerebat hoc anno Olybrios post Praetextatum.

Propriamque) Membrana *propriamquae*, sed postremum *a* postea deletum.

Adparitionem) Syllaba *ti* in membrana addita est supra lineam.

Obsecundent) Membrana *obsecundet*.

COMMENTARIUS.

Praefectus Urbis intra suam dioecesim comparabatur Praefecto Praetorio, quare haud mirari subit in hoc titulo mentionem etiam iniici de officio Praefecti Urbis. Huic, non secus ac ceteris magistratibus, adsidebant iurisperiti, adsessores dicti *lib.* I. *tit.* 12, qui vel solo advocationis titulo decorabantur, vel maioribus erant honestati honoribus. Sic *adsessores, qui cum primi ordinis comitiva, Virorum Inlustrium in actu positorum... iuverunt consilia*, deposita militia, Vicariis Praefectorum Praetorio exaequari iubet Theodosius l. 1. *de comit. qui inlustr.*; ut pateat inter adsessores Praefecturae Urbanae eos quoque fuisse, qui simul essent Comites primi ordinis. Alii vero erant adsessores, quos sibi quisque iudex eligebat. l. 1. *de assessor. domest.* potissimum ex Berytensium Professorum disciplina profectos. Iam vero cognitioni Praefecti V. multa negotia et crimina commissa fuerant, veluti ad eius sedem pertinentia; ad eum quoque appellabatur a iudicibus inferioris ordinis l. 13. 18. 48. 61. *de*

appellat. Duplici ergo ratione cognoscere poterat, vel in primo gradu de causis ad eius iudicium proprie pertinentibus, vel de appellatione a iudicibus inferioribus. Si primum, Praefectus Urbis uti poterat indiscriminatim omnibus adsessoribus. Si secundum, reverentia in iudices inferiores, tum etiam gravitas iudicii, quod vice sacra proferebatur, iubebat, ne quicumque adsessor suffragium ferret. Illi potissimum deligendi videbantur, quibus hoc officium a Principe demandatum fuerat, qui ob gesta munera, praesentesque honores sederent primi in consessu, atque adeo haberentur ceteris consultiores. Huic legi consonat l. 13. *de accusat. et inscript.*, quae praecipit, ut, si quando Praefectus Urbis de Senatoris viri crimine iudicium ferre debeat, socios sibi adsciscat quinqueviros Spectabiles sorte ductos. De proximatu vide Cassiodorum lib. 6. ep. 12.

(*VIIII Im*)p̄p̄p̄ Valentinianus Theodosius et Arcadius ĀĀĀ Tatiano P̄Po

Si quos iudices torpore marcentes, et neglegentes, desidiae som(*n*)iis oscitantes; si quos seruilis furti auiditate degene(*r*)es, uel similium vitiorum le(*uitate S*)ublimitas tua repperit inuolutos; in eos uindictam publi(*c*)ae ultionis exaggeret, (*iisque sub*)motis uicarios subroget; ut (*a*)d Nostrae mansuetudinis scientiam non crimina, sed uindic(*t*)a referatur. Dat VI non mart Mediolani Timasio et Promoto conss (389)

NOTÆ.

Inedita lex data ad Tatianum Praefectum Orientis. Primis anni mensibus Theodosium et Valentinianum Mediolani constitisse plures leges demonstrant, vide *Chronologiam Cod. Th.* ad ann. 389.

Si quos) Membrana *quod*, tum emendatum *quos*.

Torpore) Membrana *corpore*, tum emendatum *torpore*.

Desidiae) Membrana *desideae*, tum emendatum *desidiae*.

Oscitantes) Membrana *uscitantes*.

Degeneres) Membrana *detegene*(r)*es*, tum deleta fuit syllaba *te*.

Leuitate) Supra syllabam *le* litterae euanidae apparent, quas suspicor esse *nitate*. Consequentia verba *uelsimiliumuitiorumleues* merito deleta sunt.

Exaggeret) Littera *t* addita est supra lineam; eam consequuntur aliae syllabae pendulae supra deletam vocem *certis*, sed meorum oculorum aciem effugiunt; ex coniectura scripsi *iisque sub*.

COMMENTARIUS.

Consonat haec lex cum l. 3. C. Iustin. *de Offic. Praef. Praet.*, quam quadriennio ante datam exscribere iuvat: « Si quos iudices propter adversam et « longinquam corporis valetudinem, vel propter negligentiam, aut furtum, vel « simile aliquod vitium Sublimitas Tua inutiles esse repererit: his ab administratione remotis, et vice eorum aliis subrogatis: furibusque poenis legitimis « subactis ad Nostrae mansuetudinis sententiam non crimina, sed vindicta re- « feratur ». Consonant, inquam, omnia; deest tamen in nostra l. adiunctum illud *propter adversam et longinquam corporis valetudinem*, quod fortasse nimis asperum visum est. Lex Iustinianaea *Tatiano* inscribitur, quod nomen mihi valde suspectum est.

(*X Idem ĀĀ*)Ā Addeo Cōm et Magistro utriusque militiae

De ordinario (*iu*)dice semper inlustris est cognitio Praefecturae, licet (*m*)ilitari uiro ab eo facta fuerit iniuria. Dāt prīd īd iān Consīp (*T*)heōd Ā III et Abundantio conss̄ (393)

NOTÆ.

Edita in Cod. Iust. l. 4. *de officio Praef. Praet.*

Ordinario iudice) Erat in Palimpsesto *ordinarios**dices*; utraque tamen littera *s* puncto notata est.

Prīd īd iān) *Prid. Kal. ian.* Cod. Iustin.

COMMENTARIUS.

Honoris causa erga iudices ordinarios hanc legem latam esse quisque videt. Quemadmodum hac lege militari foro, ita l. un. *de offic. iud. milit.* militari tuitioni atque executioni arcti limites praefiniti sunt, ne omnia facile perturbarentur, uti habet Gothofredus ad h. l.

XI Impp Arcadius et Honorius AA Vincentio PPo

Omnes, qui provincias r(*e*)gunt, reliqua sui temporis, deposita administratione, co(*n*)pellant. Possessores vero, quos ad inplendas necessitates nulla potest verecundia conmouere, conventi intra ann(*um*) trina vice nisi omnes inpleverint functiones duplatu(*m*) debitum per officium Magnificentiae tuae inpleant. Dat III id feb med Honorio A IIII et Euticiano conss (398)

NOTÆ.

Inedita

Vincentio) Ex aliis legibus constat Praefecturam Praetorio Galliarum gessisse.

Reliqua) Palimpsestus *reliquas*.

Potest) Palimps. *posse* (test), tum paullo post *uicen*, et *impleunt*.

COMMENTARIUS.

Rectores Provinciarum, quibus commissa fuerat tributorum exactio, post depositam administrationem compellere debebant provinciales ad solutionem reliquorum sui temporis debitorum. Iam si Rectori, post opportunam interpositam moram, tandem e provincia discedendum erat, exactio reliquorum committebatur curae Praefecti Praetorio, qui possessorem intra annum trina vice conventum, neque imperatam pecuniam solventem condemnabat dupli. Patet ex hac lege iam tum eam consuetudinem obtinuisse, qua Rector provinciae tenebatur post depositam administrationem aliquam interponere moram, antequam a provincia discederet. Eam dierum quinquaginta constituit Honorius Consiliariis iudicum, Cancellariis, et Domesticis l. 3. *de adsessorib.* C. Iustin.; eandem etiam Zeno praefinivit ipsis Rectoribus, vide l. un. *ut omnes iudices tam civiles, quam militares, post administrationem depositam quinquaginta dies in civitatibus vel certis locis permaneant.*

XII Idem ĀĀ Messalae P̄P̄o

Per omnes provincias dioceseos tuae (*et*) per Africam largitionalium titulorum Comitum subm(*o*)tis dispositionibus, Magnificentiae tuae huius tituli curam necessitatemque permittimus, amotis Palatinis omn(*i*)bus. Sciant itaque omnes Vicarii vel ordinarii Iudices ad se, si d(*is*)simulata fuerit exactio, culpam esse referendam. Dāt V id̄ octōb Theodoro V̄C̄ cons̄ (399)

NOTÆ.

Inedita

Messalae) Notissimus Praefectus Praetorio Italiae, qui Africam etiam moderabatur.

Dioceseos) Palimps. *diocereor*; tum in fine legis *adsed*

COMMENTARIUS.

Palatini, de quibus est singularis titulus 30. lib. VI. erant officiales utriusque Comitis cum sacrarum, tum privatarum largitionum, qui tributa exigebant, eaque in utrumque aerarium inferenda curabant; iis opem ferebant Iudices urgendo debitores ad solutionem, idque iuris remediis. Sed quum Palatini, uti ex compluribus legibus constat, essent avaritia infames, ac vexarent provinciales, iis tributorum exactio paullatim adempta fuit, atque commissa minoribus iudicibus, ita ut totius collationis ac transmissionis cura pertineret ad iudices maiores l. 8. *de exactionib.* ibique Gothofred. Interea Palatini, quibus illud unum supererat officium, ut ad iudices mitterentur sollicitatori exactionem publicae pecuniae (l. 6. *de executorib.* l. 10. *de offic. Rect. Provinc.* Cod. Iustin.) satagebant vetera iura recuperare; quare cum a Comite rei privatae missi ad commonefaciendum Iudicem peragrabant provincias, identidem solebant suo nomine adire debitores ac pecuniam colligere. Contra hanc Palatinorum audaciam lata est lex, quae proxime sequitur. Ceterum de variis exactoribus vide Gothofredum in Paratitlo *de exactorib.*

XIII Idem AA Messalae PPo

Iamdudum e provinciis arceri iuss(*i*)mus Palatinos, cum omnis exactio ad diligentiam Magn(*ifi*)centiae tuae et virorum spectabilium Vicariorum, ne(*c*) non et ordinariorum Iudicum sollicitudinem, debea(*t*) pertinere; et nunc eadem confirmantes decernimu(*s*), ut si quis Palatinus ex officio Viri inlustris Comitis sac(*ra*)rum largitionum per provincias repertus fuerit, qui exactionem sibi audeat vindicare, ad audientiam Viri inlustris Comitis sacri aerarii ferro obrutus derigatur, u(*t*), si est idoneus, curiae vindicetur. Eos sane Palatinos, qui a Viro Inlustri Comite rei privatae cum publicis litteris destinantur ad co(*m*)monitionem Iudicis, quo facilius ex praediis rei no(*s*)trae conferantur debitae pensiones, consummata se ger(*e*)re praecipimus disciplina; de quorum nominibus, si temere versati fuerint, ad Sublimitatem tuam referri per ordi(*na*)rios Iudices oportebit, ut in eos severissime vindicet. Dat ** decemb Mediolani. Stilichone et Aureliano conss (400)

NOTÆ.

Inedita

Per provincias) Erat in Palimpsesto *perprouinciarum*; in versu super. est *inlutris*. Alia errata admisit librarius in hac lege exaranda, quorum pleraque altera manus emendavit.

Consummata etc.) Erat in Palimps. *consummandaegerere*, ita ut in syllaba *andae* etiam littera *n* videatur expuncta.

De quorum nominibus) Ita altera manu; prima scriptum fuit *de eorum*. Par locutio occurrit l. 7. *de exactorib. tribut.* Cod. Iustin. *de eorum quoque nominibus ad nostram scientiam relaturi*.

De hac lege dixi in commentario super. leg.

XIIII Imppp Arcadius, Honorius, et Theodosius AAA Anthemio PPo

Si qui postha(*c*) velut indebitis honeribus gravati ad praeces credideri(*nt*) convolandum, sive de naviculariis rationibus, sive de t(*rans*)vectionibus, sive de lustralis auri argentive conlatione; (*de*) omnibus his, adque huiusmodi ordinationibus rescribta, qua(*e emit*)ti contigerit, ad sedem Sublimitatis tuae rescribant(*ur*). Dat VII id decemb Constpoli. Stilichone et Anthemio conss (405)

NOTÆ.

Edita in Cod. Iustin. l. 5. *de offic. Praef. Praet.*

Rationibus) Ita Cod. Iustin. et Palimpsestus prima manu; sed altera manus emendavit *stationibus*, quod vocabulum dubito, utrum de naviculariis recte usurpari possit.

Sive de lustralis auri argentive conlatione) Haec omittenda esse censuit Tribonianus, qui etiam in sequentibus alium exhibet verborum ordinem.

Adque) Ita Cod. Iust. et Palimpsestus prima manu; altera perperam emendavit *absque*.

VII. id.) Ita Palimpsestus altera manu, et in margine. In Cod. Iustin. desideratur numerus iduum.

ueliudiciisflagitatosuelspontedelectosullasitagnitioiurgiorum
et nonmodonotabilisuerumetiamsacrilegusiudicetnrqnissano
taereligionisinstinetnritnnedeflexerit pp non non aquil acc
VIII K dec rom hon np et cuodio ;ss
XVIIII I mppp nalannstheodetarcad aaa albinopn omnesdiesiubemnsesse
i uridicosillostantummanereferiarumdiesfaseritquosgeminismen
sib.adrequiemlaborisindulgentiorannusaccepitaestinisferuorib.mi
tigandisetutomnisfetib.decerpendiskalendarumquoq.iannariarumcon
suetudosdiesotiomaneipamushisadicimusnataliciosdiesurbiummaxi
marumromaeadq.constantinopolisquib.debentiuradeferrequiaetab
i psisnatasuntsacrosquoq.pascaediesquiseptenouelpraeceduntnume
ronelseqnunturineademobseruationenumeramusnecnonetdies
solisquirepetitioinsecalculorenolnunturparemnecesseestbaberi
reuerentiamnostrisetiamdieb.quiuellucisauspiciauelortusimperii
p rotulerunt dat VII id aug rom timasio et promoto ;ss.
XX Id a aa proculo pu festissolisdieb.circensiumsuntinbibendacertamina
q uoxpianaelegisnenerandammysterianullusspectaculorumcon
cu rsnsauertatpraeterclementiaenostraenatalieiosdies dat XV K
m ai constp arcad a II et rufino ;ss.
XXI Id aaat atianoppo actnsomnessenpnblicisen ... uatidieb.quindecimpas
c halib.sequestrentur dat VI K iun coostp arcad a II et ruf ;ss.
XXII Imp p arcad et boo aa heraclianocorrpaslagonicaesollemnespagano
r umsuperstitionisdiesinterferiarumnonhaberiolimlegereminis
c imurimperasse dat V non iul constp olybrio et probino ;ss.
XXIII Id aa adaurelianoppo diedominicocuinomenexipsareuerentiaindi
tumestnecluditheatralesnecaeqnorumcertaminanecqnicquam
quodadmolliendosanimosrepertumestspectaculoruminciuitateali
quacelebreturnatalisueroimperatorumetiamsidiedominicoincide
ritcelebretur dat VI K sept constp theod uo ;ss.
XXIIII Id aabadrianoppo religionisintuitucanemusadq.decernimusut
s eptemdieb.quadragesimaeseptempaschalib.quorumobser
u ationib.eticiuniispeccatapnrganturnatalisetiamdieclepifa
n iaespectaculanonedantur dat prid non feb ran stilichone
e taureliano ;ss
XXV Im ppbonettheod aa iouioppo postaliadominicadieqnamuulgo
s olisappellantnullasedipenituspatimurnoluptatesetsifortuito
i neaautimperiinostriortusredeuntib.insemetannimetisobful
s eritautoatalidebitasollemniadeferantur dat Kal april rau
h onorio VIII et theod III aa ;ss.

SUPPLENDA

XXVI Id aa inhannippopostalia diesabbatoaereliquissubtempore
quoiudaeicultussuireuerentiamseruantneminemautfacerea *li*
quidautullaexparteconueniridebereprae cipimuscumfiscalib.co *m*
modisetlitigiisprivatorumconstatreliquosdiesposse sufficereet
cetera dat VII K aug rau dd nn hnn VIII et theod III aa ;ss.

DEPACTISETTRASACTIONIBUS

I. Imp constantinus a adrufinumppo postalialitigiasententiisueltra *ns*
actionib.terminatanonsiuimusrestaurari dat IIII id mai ipso a V et l *ic c ;ss*
II. Imppp grat ualanus ettheodaaaeutropioppo ubipactumconscriptu *m*
estadq.aquilianaestipulationisuinculisfirmitasiurisinnexaau *t*
gestissecundumlegemadcommodandusestconsensusautpoena
quaedatacumhisprobabunturantecognitionemcausaeinferend *a est*
dat III non iun constp eucherio et syagrio ;ss.
III Impp arcadethon aa rufinoppo siquismaiorannisaduersumpacta
ueltransactionesnullocogeutisimperiosedliberoarbitrioetun *lun*
tateconfectaputaueritesseueniendumuelinterpellandoindice *m*
uelsupplicandoprincipib.uelnoninplendopromissaeaquaein *un*
eatodeiomnipotentisnomineeoauctoresolidaueritnonsol *um*
tum
inuraturinfamiauerumesseactioneprivatusrestitutapoena *quae*
pactisprobaturinser . . . . umrerumetproprietatecareate *temo*
lumentoquodexpactoueltransactioneillafueritconsecutus *quae*
omniaeorumnoxeonmododeputabunturquiintemeratapact *i*
iuraseruauerintcosetiambuiusalitisueliacturadignosiubemu *s*
esseuelmunerequinominanostraplacitisinserentissalutemp *rin*
cipumconfirmationeminitarumesseiurauerintpactionumdat
V id oct constp olybrio et probino ;ss.

DEPOSTULANDO

I. Imp constantinus a antiochupfouigilumiussionesubuersaquacertu *s*
aduocatorumnumerussingulistribunalib.praefinitusestomne *s*
licentiamhabeantutquisqu.adhuiusindustriaelaudemiuquouol *u*
eritauditorioproingeniisuirtuteuitatur dat K nou serdicae
const a V et licinio c ;ss.
II. Id a adantiochum pfuigilum destitnunturnegotiaettemporib.sui
exciduutdumaduocatipermultaofficiaetdiuersasecretariara *pi*
r
nnturideoq.censuimusnebiiquisemelpotestatifuerintquodap *ud*
tecausasacturisuntapudaliumiudicemagendihabeantpotest *a*
tem pp K nou serdicae constan et licinio c ;ss
III. Id a helladiosaepiusclariusq. . . . aduocatisexistimationisu *ae*
inmensaadq.inlicitaconpendiapraetulissenominehonorarior *um*

(*LIBER II*)

(*TITULUS*) VIII

(*De Feriis*)

. . . . vel iudiciis flagitatos, vel sponte delectos, ulla sit agnitio iurgiorum. (*Et*) non modo notabilis, verum etiam sacrilegus iudicetur, qui a sanctae religionis instinctu rituve deflexerit. P̄P̄ III nōn novēmb Aqūil Acc̄ VIII Kāl dec̄ Romae Honorio N̄P̄ et Euodio conss̄ (386)

NOTÆ.

Vel iudiciis) Suprema folii ora mutilata, nulla est in Palimpsesto nota libri Theodosiani; sed haec manifesto pertinent ad librum II. tit. VIII. *de feriis*, atque adeo de titulo intelligendus est numerus ille VIII, qui insignis apparet in dextera membranae ora. Hae extremae sunt lineae legis 3. *de exsecutoribus*, quae etiam tit. *de exactionibus* l. 13. repetita legitur, atque merito hoc in titulo locum habebat.

Instinctu) *Instituto* l. 3. *de exsecut.* sed l. 13. *de exaction.* legitur *instinctu*, quam lectionem utpote reconditiorem germanam esse credo.

Euodio) l. 3. *de exsecut.* additur VC, quae sigla abest a Palimpsesto, et a l. 13. *de exact.*

(*XVIIII I*)mp̄p̄p̄ Valentinianus, Theodosius, et Arcadius ĀĀĀ Albino P̄Ū.

Omnes dies iubemus esse (*i*)uridicos. Illos tantum manere feriarum dies fas erit, quos, geminis mensibus, ad requiem laboris indulgentior annus accepit, aestivis fervoribus

mitigandis, et autumnis fetibus decerpendis. Kalendarum quoque ianuariarum consuetos dies otio mancipamus. His adicimus natalicios dies urbium maximarum Romae adque Constantinopolis, quibus debent iura deferre, quia et ab (*i*)psis nata sunt. Sacros quoque Pascae dies, qui septeno vel praecedunt numero, vel sequuntur, in eadem observatione numeramus. Nec non et dies Solis, qui repetito in se calculo revolvuntur. Parem necesse est haberi reverentiam nostris etiam diebus, qui vel lucis auspicia, vel ortus imperii (*p*)rotulerunt. Dat VII id aug Romae Timasio et Promoto conss (389)

NOTÆ.

XVIIII) Hunc legis numerum addidi ordine retrogrado supputans a lege quae inferius folio verso luculentum praesefert numerum *XXVI*. Lex edita est in Cod. Theod. l. 2. h. tit. vide et l. 7. h. tit. in Cod. Iustin.

PU) *PF. P* ita Edit. Goth. sed diligentissimus Editor recte viderat reponendum esse *PF. V*, quam emendationem confirmat palimpsesti auctoritas.

Et autumnis) *Et ut omnis* Palimps.

Consuetos) *Consuetudos* Palimps. syllaba *ud* expuneta.

Mancipamus) *Sancimus* Edit. Gothof. Nostra tamen lectio latinis auribus gratior extat in Cod. Iustin. l. 7. *de feriis*, atque in codicibus a Gothofredo et Rittero laudatis.

Quibus . . . deferre) *In quibus debent iura differri* Cod. Iustin. l. l. Longe rectius abest praepositio *in*. Verbum *deferre* ad rationes sequioris latinitatis exactum notat *honorem deferre*, unde fluxit Italica verbi potestas *deferire ad uno*.

Ab ipsis nata) Sic etiam Cod. Iustin. *Et ab ipsis quoque nata* Edit. Gothofr. Sane vel *et*, vel *quoque* redundat, quamvis Gothofredus adverbium *quoque* eleganter insertum esse dicat.

Sacros) Ita Cod. Iustin. cui suffragantur nonnulli codices a Gothofredo et Rittero laudati. *Sanctos* Edit. Gothofr.

Repetito) *Repetitio* Palimps.

(*XX Idem Ā*)ĀĀ Proculo P̄Ū.

Festis Solis diebus Circensium sunt inhibenda certamina, (*q*)uo Christianae legis veneranda mysteria nullus spectaculorum con(*cu*)rsus avertat, praeter Clementiae Nostrae natalicios dies. Dāt XV Kāl (*m*)āi. Constpoli Arcadio Ā II et Rufino conss (392)

NOTÆ.

Inedita

Proculo) Eodem hoc anno lex 10. *de annonis civ.* inscribitur *Proculo PF. U.*

Veneranda) *Venerandam* Palimps.

COMMENTARIUS.

Quantum Ecclesiae Patres, imprimisque D. Chrysostomus, Circensium ludos insectati sunt, norunt omnes; Satanica spectacula, Christiano viro indigna, illecebrarum, vanitatis, ac crudelitatis plena esse clamabant. Populus tamen Cpolitanus adeo circa Circensia certamina insaniebat, ut ea pro vita ac serio quodam instituto haberet (vide Gregorium Naz. Orat. XXXVI. ed. Maur. circa finem). Quare Imperatores veriti, ne, si omnino Circensia abolerent, Christianae gentis, maxime vero Ethnicorum ingenio aequo instius obniterentur, in eo obtemperandum esse Episcopis iudicarunt, ut exciperent dies festos Ecclesiae, quibus Circensium celebratio interdicta esset, ne populus a Divinis officiis avocaretur. Porro non omnes dies festi donati sunt immunitate a Circensibus; sed pro varia Imperatorum pietate, et ampliore Christianae religionis propagatione, maior vel minor festorum numerus exemtus fuit. Dies Solis, seu Dominici, hac lege excipiuntur, quemadmodum et lege 2. *de spectaculis*, nisi in Dominicum diem inciderint natalicii Imperatorum dies, cum ille, quo in lucem editi sunt, tum alter, quo Imperium sunt adepti. Sed vel natalicios dies a Circensibus feriatos voluit Theodosius l. 25. infra. Cetera, quae apposite hic commemorare possem, iam praeoccupavit Gothofredus in Commentariis ad l. 2. et l. 5. *de Spectaculis*.

(*XXI Idem ĀĀĀ T*)atiano P̄Po.

Actus omnes seu publici, seu (*pri*)vati, diebus quindecim Pas(*c*)halibus sequestrentur. Dāt VI K̄al iūn Cons̄tpoli Arcadio Ā II et Rufino cons̄s (392)

NOTÆ.

Edita in Cod. Iustin. l. 8. h. t.

Tatiano) Huic Praefecto Praetorio inscribuntur bene multae huius anni leges.

Seu privati) *Seu publici sunt seu privati* Cod. Iustin. l. l. Palimpsesti emendator perperam legendum esse praecipiebat *priuatis*.

Sequestrentur) *Conquiescant* Cod. Iustin. Huic legi Tribonianus fragmentum attexuit l. 1. h. tit. Cod. Theod.

Dāt VI K̄al iūn) *Dat. Kal. ian.* Cod. Iustin. Facilis erat commutatio inter *iun* et *ian*, difficilior omissio numeri *VI*, hic tamen insignis est in Palimpsesto.

(*XXII Imp̄*)p̄ Arcadius et Honorius ĀĀ
Heracliano Corr̄ Paflagoniae.

Sollemnes Pagano(*r*)um superstitionis dies inter feriatos non haberi olim reminis(*c*)imur imperasse. Dāt V nōn iūl Constpoli Olybrio et Probino cons̄s (395)

NOTÆ.

Inedita

Heracliano) Erat in Palimps. *paslagonicae.* Hunc Correctorem ceteris adde, quos recenset Gothofredus in *Notit. Dignit.* tom. VI. p. 343. Porro iste Heraclianus distinguendus videtur ab Heracliano Comite Ægypti, cui eodem hoc anno 395. inscripta legitur l. 3. *de patrociniis vicorum.*

Feriatos) *Feriarum* (tos) Ita recte emendavit librarius.

COMMENTARIUS.

Paganorum festivitates a diebus feriatis eximit Arcadius hac lege, immo parem aliam confirmat a se latam, quam tamen neuter Codex servavit. Haec non ita accipienda sunt, ac si omnem Ethnicorum festorum memoriam aboleverit, sed tantum ne Magistratus hos dies inter feriatos haberent. Enimvero, exceptis profanis ritibus, festi conventus, spectacula, ludi, ceteraque peragebantur, l. 4. *de paganis* Cod. Iustin.; at iis interesse nequibant Iudices, vid. l. 2. *de spectaculis*. Quod non ideo tantum interdictum fuisse reor cum Gothofredo (Comment. ad l. 2. *de spect.*), ne Iudices immoderate hisce festis mancipati avocarentur a seriis actibus, sed etiam ne Principes viderentur Ethnicas festivitates probare, atque pari cum Dominicis diebus honore condecorare.

(*XXIII Idem*) A͞A Aureliano P͞Po.

Die Dominico, cui nomen ex ipsa reverentia inditum est, nec ludi Theatrales, nec aequorum certamina, nec quicquam, quod ad molliendos animos repertum est, spectaculorum, in civitate aliquā celebretur. Natalis vero Imperatorum, etiamsi die Dominico inciderit, celebretur. D͞at VI K͞al sep͞t Cons͞tpoli Theodoro ŪC cons͞ (399)

NOTÆ.

Inedita

Aureliano) *Adaureliano* Palimps. Praefectus Praetorio ex aliis huius anni legibus notus.

Æquorum) Non unicum huius orthographiae exemplum in vetustis codicibus.

COMMENTARIUS.

Tertullianus in libris, quos Ethnicis inscribebat, primum hebdomadae diem nominare solebat *diem Solis*, sic *Apolog.* c. 15, et l. 1. *ad Nation.* c. 13; quum

vero Christianos alloqnebatur, eum appellabat *diem Dominicum*, vide *de Coron.* c. 3. *de Ieiun.* c. 15. Ethnicum nomen saepe usurparunt Imperatores in legibus, quippe quae universo orbi proponebantur, sed Arcadius quum vellet ex ipso nomine argumentum honoris desumere, usus Christiana denominatione, scripsit *die Dominico.* Superior lex 20. cavebat, ne diebus Dominicis circenses ludi celebrarentur; haec porro non hos tantum prohibet, verum etiam ludos Theatrales, atque omne spectaculorum genus; excipiuntur tamen natalicii dies, uti in lege 20.

(*XXIIII Idem*) A̅A̅ Hadriano P̅P̅o

Religionis intuitu cavemus adque decernimus, ut (*s*)eptem diebus Quadragesimae, septem Paschalibus, quorum obser(*v*)ationibus et ieiuniis peccata purgantur, Natalis etiam die, et Epifa(*n*)iae, spectacula non edantur. Da̅t p̅rid no̅n ſebr Ravennae. Stilichone (*e*)t Aureliano conſs̅ (400)

COMMENTARIUS.

Inedita. Superior lex vetabat spectacula edi diebus Dominicis; haec idem cavet de festis diebus, quos *mobiles* appellant. Sunt autem dies Natalis, Epifaniae, maior hebdomada, tum illa, quae Paschae solemnitatem consequitur; hisce Theodosius l. 5. *de spectaculis* addidit *dies Quinquagesimae*, seu Pentecostes. Quamvis vero ieiunium ex Apostolica traditione toto quadragesimali tempore observarent fideles, maximum tamen, solemne, ac rigidissimum illud erat, quo maiorem hebdomadam transigere solebant solos aridos cibos adhibentes, quod ξηροφαγία appellabatur. Hos etiam dies feriatos esse voluit Theodosius l. 2. *de feriis* inquiens: *sanctos quoque Paschae dies, qui septeno vel praecedunt numero, vel sequuntur, in eadem observatione numeramus.* Quaeri potest, cur par honor habitus non fuerit diei Circumcisionis. Equidem crediderim Imperatores eo saeculo ausos nondum fuisse lata lege obsistere Ethnicae superstitioni, quae Kalendas Ianuarias ludis, conviviis, atque omni voluptatum genere celebrare solebat.

(*XXV Im*)pp Honorius et Theodosius AA
Iovio PPo. post alia

Dominica die, quam vulgo (*S*)olis appellant, nullas edi penitus patimur voluptates; etsi fortuito (*i*)n ea aut Imperii Nostri ortus, redeuntibus in semet anni metis, obful(*s*)erit, aut Natali debita sollemnia deferantur. Dat Kal april Ravennae (*H*)onorio VIII et Theodosio III AA conss (409)

COMMENTARIUS.

Inedita. Quum in dies cresceret Imperatorum erga religionem observantia, ea exceptio abrogata fuit, qua lex 23. permittebat, ut spectacula diebus Dominicis ederentur, si celebrandi essent dies natalicii. Duplex Imperatorum natalis hic apertissime distinguitur, alter, quo in lucem editi, alter, quo Imperium fuerant adepti. Voluptatum vero nomine venit omne ludorum genus, vide l. ult. *de spectaculis*, l. 17. *de paganis*, l. 3. 5. 6. 7. 13. *de scenicis* etc.

XXVI Idem AA Iohanni PPo post alia

Die Sabbato, ac reliquis, sub tempore, quo Iudaei cultus sui reverentiam servant, neminem aut facere a(*li*)quid, aut ulla ex parte conveniri debere praecipimus: cum fiscalibus co(*m*)modis et litigiis privatorum constat reliquos dies posse sufficere, et cetera. Dat VII Kal aug Ravennae DD NN Honorio VIII et Theodosio III AA conss (409)

NOTÆ.

Edita in Cod. Theod. l. 3. *de feriis*, l. 8. *de executoribus*, et in Cod. Iust. l. 13. *de Iudaeis*. Solus Codex Iustinianus hanc legem perperam inscribit *Iovio*.

DE PACTIS ET TRASACTIONIBUS

(*TITULUS VIIII*)

I Imp. Constantinus A ad Rufinum PPo post alia.

Litigia sententiis vel tra(*ns*)actionibus terminata non sinimus restaurari. Dat IIII id mai ipso A V et L(*icinio c conss*) (319)

Inedita lex, quae nullo indiget commentario. Causas vel lites transactionibus legitimis finitas neque Imperiali rescripto resuscitari posse definit l. 16. *de transactionibus* Cod. Iust.

II Imppp Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA Eutropio PPo

Ubi pactum conscriptu(*m*) est, adque Aquilianae stipulationis vinculis firmitas iuris innexa; au(*t*) gestis secundum legem adcommodandus est consensus, aut poena quae data cum his probabuntur, ante cognitionem causae inferend(*a est*). Dat III non iun Constpoli Eucherio et Syagrio conss (381)

COMMENTARIUS.

Edita in Cod. Iustin. l. 40. *de transactionibus.*

Quum de varietatibus lectionis, quae inter utrumque codicem sunt, consuluissem Cl. Comitem Fridericum Sclopis amplissimi Iurisprudentiae Collegii xxxvirum, haec, quae adnotaturus sum, excepi a Viro humanissimo simulque doctissimo. « Duas equidem arbitror fuisse causas, quae Tribonianum per« moverunt, ut Theodosianam lectionem mutaret. Altera in perspicuitatis ra« tione posita est; altera eo tendebat, ut pacta sine offensione servarentur, « nisi pars una ex contrahentibus propositum recedendi a contractu aperuisset,

« tum altera consensum huic discessioni adcommodasset. Atque 1.° Tribonianus « scribendum esse censuit *pactum vel transactio scripta est*, ut late patentis « vocabuli *pacti* significatio magis magisque aperiretur. 2.° Praeter stipulatio- « nem addidit *et acceptilationis*, ut transactionem omnibus iuris formulis ro- « boratam designaret. 3.° Pro edito *gestis*, legere maluit *subsecutis*, ratus « fortasse in verbo *subsecutis* aliquid inesse, quod apertius res post conven- « tionem et ex illius causa gestas, uti par erat, indicaret. 4.° Plurali nu- « mero edidit *secundum leges*, neque enim una tantum, sed plures leges fue- « runt, quae normam praefiniebant effectibus a transactione legitime inita « manantibus. 5.° Verba *aut poena quae data cum his probabuntur* ita emen- « danda sunt ad fidem cod. Iustin. *poena una cum his quae data* etc. Nam « Imperatores hac in lege voluerunt tum firmitatem transactionum tueri, tum « viam munire, qua, alterutra detrectante parte, altera, quae conventioni « inhaereret, sibi prospicere posset. Fingunt igitur transactionem initam esse, « atque amplissimis iuris formulis roboratam, tum docent, qua ratione exe- « cutioni mandanda sit. Vel utraque pars, quae in transactionem consensit, « consensum adcommodat pariter factis subsecutis in vim initi placiti, et se- « quitur legem contractus; vel ab executione abhorret, et cognitionem causae « per transactionem antea diremptae instaurare debet. Verum haec facultas « excitandi novi iudicii non dabitur, nisi ille, qui a transactione discedit, « poenam, si qua stipulata fuerit, primo persolverit una cum his, quae ex « praecedenti causa transactionis data probabuntur, et altera pars a prima « conventione recedendi facultatem impertita sit. Huc porro respiciunt verba, « quae Tribonianus addenda esse censuit, *si adversarius hoc maluerit*; hisce « consonant verba instar conditionis necessariae posita in l. 14. h. tit. Cod. « Iust. *cum et tu hoc desideras*. Hic porro poena non est pro noxae vindi- « dicta accipienda, sed tamquam accessorium contractus, eius quantitatem « augens, si conditio executionis defecerit. 6.° Tandem Tribonianus edidit « *probantur* quasi praesentem speciem, de qua loquebatur, considerans ».

III Impp Arcadius et Honorius AA
Rufino PPo

Si quis maior annis adversum pacta vel transactiones, nullo cogentis imperio, sed libero arbitrio et vo(*lun*)tate

confecta, putaverit esse veniendum, vel interpellando iudice(*m*), vel supplicando Principibus, vel non implendo promissa ea, quae, in(*vo*)cato Dei omnipotentis nomine, eo auctore solidaverit, non sol(*um*) inuratur infamia, verum etiam actione privatus, restituta poena (*quae*) pactis probatur inser(*ta*, *ear*)um rerum et proprietate careat e(*t emo*)-lumento, quod ex pacto vel transactione illa fuerit consecutus: (*quae*) omnia eorum mox conmodo deputabuntur, qui intemerata pact(*i*) iura servaverint. Eos etiam huius litis vel iactura dignus iubemu(*s*) esse, vel munere, qui Nomina Nostra placitis inserentes Salutem P(*rin*)cipum confirmationem initarum esse iuraverint pactionum. Dāt V id oc̄t Consīpoli. Olybrio et Provino conss̄ (395)

COMMENTARIUS.

Edita in Cod. Theod. l. 8. *de pactis et transact.* et in Cod. Iustin. l. 41. *de transact.* Nostra lectio omnino concinit cum illa a Gothofredo proposita, si aliquas verborum traiectioues haud multi momenti excipias.

Antequam ab hoc titulo discedam, proponenda simulque enodanda mihi est quaestio, quae cuique conferenti nostram membranam cum Editione Gothofredi facile se se offert. Scilicet iste titulus *de Pactis et Transactionibus* tres tantum habet leges in Taurinensi membrana, quum octo leges monstret in Editione. Ita ne tanta legum copia in Breviario Alariciano, tanta vero inopia in Codice, quem quisque praesentit longe abundantiorem legibus fuisse? Prope est, ut Taurinensis membrana videatur Breviarium referre, Editio vero genuinum ipsum Codicem. Sed quod paradoxi speciem prima fronte praesefert, id ipsum est, quod nostrae membranae authentiam indubie asserit. Enimvero certum est, ex tribus nostrae schedae legibus postremam tantum occurrere in Editione Gothofredi, ab ea vero abesse primam et alteram; certum quoque est primas septem leges Editionis ignotas esse meae membranae. Quum ergo diversis constent

legibus, duo diversi tituli sunt, quorum neuter ex altero breviatus fuit, sed quisque habuit conditorem plane diversum, immo, rectius dicam, alteruter expertus est interpolatorem aliquem. Rem vero ita contigisse credo. Codex Theodosianus tres tantum exhibebat leges, quas servat Taurinensis Palimpsestus Codici ipsi pene coaevus; Breviator Alaricianus titulum in compendium redacturus, omissis duabus primis, solam retinuit postremam legem, quod adeo verum est, ut hanc unam postremam referant codex Wurceburgensis et editio Sichardi (vide Ritterum in notis ad l. 1. h. tit.) fortasse etiam Codex Gothanus (vide Ritterum tom. II. p. 666). Progressu temporis, quum iurisconsultus aliquis, vel amanuensis, aegre ferret titulum tanti momenti unica absolvi lege, neque pristinas genuini ac deperditi Codicis Theodosiani leges haberet in promptu, quibus egenum Breviarium integritati suae restitueret, operae pretium se facturum duxit, si illud alia ratione locupletaret in hunc titulum traducens septem leges, quas in Codice Hermogeniano legerat. Hinc Breviarii codices alii unam tantum legem prae se ferunt, alii octo habent leges; illi genuini sunt, isti interpolati. Coniecturam maxime probabilem proposui, iam adductis argumentis demonstrabo. *Consultatio veteris cuiusdam Iurisconsulti* cap. 9 refert leges 2, 3, 4, 5, 6, 7 eadem continenti serie descriptas, qua sunt in Editione Gothofredi, eas autem ait *ex corpore Hermogeniani* esse desumptas; tandem, post alias atque alias recitatas leges, addit *ex corpore Theodosiani* legem Constantini ad Maximum, quae primum tenet locum in Editione. Extabant ergo sex illae leges (nam de prima agam seorsum) in corpore Hermogeniano. Huius vero corporis nomine veniebant excerpta illa, quae Alaricus suo Breviario attexenda iusserat, atque reapse libri mssti attexunt, ut videre licet in codicibus Wurceburgensi et Gothano; id quoque patet ex Anonymo auctore *Consultationis*, qui, uti recte observatum fuit Schultingio in notis cap. 1, non est usus Integro Codice Gregoriano, aut Hermogeniano, sed solo Breviario Alariciano, quod delecta ex iis loca exhibebat. Dubitari ergo nequit, quin in Appendice Breviarii sex illae leges extarent veluti excerptae ex Codice Hermogeniano. Iam quisque sentit quam pronum esset amanuensibus et iurisconsultis illas leges ex Appendice in Breviarium inducere; immo interpolatores existimabant, se gratiam inituros apud iurisconsultos, si dispersas leges in unum titulum cogerent. Ad hunc modum persuasum habeo Breviarium multas alias interpolationes passum esse, indeque orta dissidia inter varios Breviarii libros manuscriptos; quod quamvis praeteriens dixi, spero

tamen multam lucem allaturam esse variis illius aevi Iurisprudentiae textibus. Scio quid docti viri mihi obiicient - Atqui in *Consultatione* cap. 9 pro eo, quod legitur *ex corpore Hermogeniani* Schultingius reponendum esse iussit *ex corpore Theodosiani*; nam sex illae leges latae sunt post Constantini aetatem, Hermogenes autem vix attigit Constantini tempora - Nihil equidem muto in textu *Consultationis*. Emendatio Schultingii *ex corpore Theodosiani* erroris arguitur a membrana Taurinensi, quae quum germanum sistat Corpus Theodosianum, haud tamen habet leges a *Consultatione* recitatas. Retinenda ergo est prisca lectio *Hermogeniani*. Neque ideo quis colligat, sex illas leges reapse extitisse in genuino Hermogenis Codice, quod esset absurdissimum; id unum inferamus, eas inter delecta ex Hermogene fragmenta insertas fuisse in Appendice libri manuscripti Breviarii Alariciani, quo vetus ille Iurisconsultus utebatur. Inseri autem facile poterant non tantum ab amanuensibus, qui Breviarium eiusque Appendicem ex ingenio interpolare solebant, verum etiam a Iurisconsultis, qui ante promulgationem Codicis Theodosiani vixerunt. Hi enim ut absolutam Iuris Imperatorii notitiam sibi compararent, non uno Codice Hermogeniano contenti esse poterant, sed praeterea nosse debebant constitutiones omnes, quotquot a Constantino eiusque successoribus promulgatae fuerant. Iam inter tot magni nominis Iurisconsultos, quos aetas illa tulit, putabimus ne, neminem extitisse, qui suae aliorumque utilitati consulens additamentum confecerit Codici Hermogeniano, suo quasque titulo inserens constitutiones a Christianis Principibus latas, atque a se in opportuna fragmenta concisas? Nonne maxime verisimile est, medio saeculo IV aliquem Iurisconsultum locupletasse Hermogenianum opus accessione novarum legum post Hermogenis aetatem ad illa tempora editarum, atque id ipsum ineunte saeculo V factum fuisse ab alio Iurisconsulto? Credibilem coniecturam propono, quam cum historia aliorum textuum probabilem reddit, tum Sedulius confirmare videtur. Hic in *Dedicatione* sui carminis ait: *Cognoscant Hermogenianum doctissimum iurislatorem tres editiones sui operis confecisse*. Ætate ergo Sedulii tres Hermogeniani Editiones ferebantur; primam, uti mea fert opinio, confecit Hermogenes, alteram atque tertiam subinde adornarunt alii Iurisconsulti, ita ut tertia editio exhiberet multas leges desinente saeculo IV promulgatas. Tertia hac editione usus est Alaricus compendium Hermogeniani concinnaturus; nihil ergo mirum, si illud, cuiusmodi extat in Appendice Breviarii in aliquibus libris manuscriptis superstite, aliquas monstret leges saeculo IV editas, easque itidem *ex corpore*

Hermogeniani recitaverit Anonymus auctor *Consultationis*. Iam, ut in pauca conferam quae hucusque de sex illis legibus disputavi, aio: tres fuisse Hermogeniani corporis editiones; harum postrema multis novarum legum saeculi IV. accessionibus locupletata usum esse Alaricum; ita ut Corpus Hermogenianum Breviario annexum reapse ad tit. *de pactis et transactionibus* exhiberet sex illas leges, quod vetus *Consultatio* confirmat; tandem ex Appendice illatas fuisse in Breviarium ipsum, cuius germanus textus nihil nisi unicam legem prae se ferebat ad h. tit. uti videre licet in Editione Sichardi, in Codice Wurceburgensi, et Gothano.

Restat, ut dicam de prima lege. Haec veluti ex Codice Theodosiano deprompta commemoratur ab auctore *Consultationis*, sed nihil aliud est, nisi tenue fragmentum refixum ab aliqua Theodosiana lege, quae periit. Si enim integra esset lex, utique inserta legeretur in h. tit. neque enim video quemnam alium locum vindicare sibi potuisset fragmentum, quod de solis pactionibus agit. Atqui non legitur in membrana nostra ad h. tit. Est ergo lacinia legis male discissae. Praeterea abhorret a consuetudine Breviarii et Codicis Theodosiani; equidem nuspiam vidi inscriptionem *inter cetera et ad locum*, contra saepe legi in laudatis libris *Post alia*. Atque haec dicta etiam intelligantur de l. 4. in qua, nec non et in aliis sequentibus, adnotent velim eruditi subscriptionem *ipsis consulibus*; sane leges anni 365, quae in Breviario et Cod. Theodosiano occurrunt, iterum nomina Imperatorum, qui primum consulatum eo anno gerebant, exscribere solent.

Omnia ergo evincunt septem illas leges translatitias esse.

DE POSTULANDO

(*TITULUS X*)

I. Imp̄ Constantinus Ā Antiocho P̄Fto Vigilum

Iussione subversa, qua certu(*s*) advocatorum numerus singulis tribunalibus praefinitus est, omne(*s*) licentiam habeant, ut quisque ad huius industriae laudem, in quo vol(*u*)erit auditorio pro ingenii sui virtute nitatur. Dāt Kāl nōv. Serdicae Constantino Ā V. et Licinio Caes. conss̄ (319)

NOTÆ.

Inedita.

Antiocho) Fortasse idem est, ac ille Antiochus, qui eandem Praefecturam gerebat anno 326, vide l. 3. *de infirm. his quae sub tyr.*

Qua certus) Palimps. *quaecertu*∗.

Postulare) est causas agere, causidicinam profiteri.

COMMENTARIUS.

Patet ex hac lege advocatorum certum fuisse ac praefinitum numerum singulis tribunalibus, tum Constantinum, hac iussione abrogata, singulis permisisse, ut in quo vellent auditorio causas patrocinarentur. At vel ante hanc legem advocatos sibi arrogasse illam facultatem declarat sequens lex, quae cavet, ne defensores per omnia tribunalia rapiantur, idest cursitent, causas acturi; quare statuit, ut qui semel in aliquo tribunali nomen suum professus fuerit, nequiret in alio postulare. Atque haec Constantinus sanciendi esse censuit; sed vetus consuetudo, qua numerus susceptorum cuique auditorio praefiniebatur, non ita multo post revocata fuit, uti constat ex multis legibus; vide praesertim Cuiacium XVI. *Observ.* 22. et Perezium in *Cod.* lib. II. tit. VII. n. 11. Sane qui multa in Imperio novare, novamque religionem propagare praestituerat, idem etiam providere debebat, ut multis novis hominibus, quorum in se observantiam perspectam habebat, facilis pateret aditus ad dignitates obtinendas, patebat vero si advocatione fungebantur.

II Idem A ad Antiochum PF Vigilum

Destituuntur negotia, et temporibus sui(*s*) excidunt, dum advocati per multa officia et diversa secretaria ra(*pi*)untur; ideoque censuimus, ne hii, qui semel protestati fuerint, quod ap(*ud*) te causas acturi sunt, apud alium iudicem agendi habeant potest(*a*)tem. PP Kal nov Serdicae Constantino et Licinio Caes. conss (319)

NOTÆ.

Inedita lex cum superiore coniungenda.
Antiochum) De eo, uti de universa lege, vide me in notis ad super. leg.

III Idem A Helladio

Saepius clariusque (*accidit*) advocatis existimationi su(*ae*) immensa adque inlicita conpendia praetulisse nomine honorarior(*um*) * * * * *

NOTÆ.

Edita in Cod. Iustin. l. 5. h. tit.

LIBER III

(*TITULUS XXX*)

. . . vel curatore sollicito, ut easdem inspiciat frequenti re(*cogni*)tione incolumes: animalia quoque supervacua minorum (*quin v*)eneant, non vetamus. Dat III id mart Sirmi Constantino (*A VII e*)t Constantio C. conss. (326)

NOTÆ.

Animalia quoque etc) Extrema haec sunt verba Constantianae legis 22 *de administrat. tutorum Cod. Iustin.*

III id mart) Cod. Iustin. *Id. mart.*

A. VII) Haec habui ex Codice Iustiniano. Sane Constantinus Idibus martii erat Sirmii; vide l. 1. *de integri restitut.*, et l. ult. Cod. Iustin. *quando decreto opus non est.*

(*Idem A ad U*)niversos Provinciales
post alia.

Minorum defensores, (*uti e*)t tutores, vel curatores, si participes rei, quae lite posci(*tur, act*)a, ut iussum est, edere detrectaverint, eosdemque contra ve(*ndere*) nominaverint; quoniam pupillo nihil, vel adulto, perire opor(*tet in*) quolibet litis eventu, tantum de proprio pecuniae fisco infe(*rant, q*)uantum, aestimatione habita, ex tertia parte colligitur. Quod (*si paup*)eres sint, capitis deminutione plectantur, et desinant cives (*esse R*)omani; ita, ut ius integrum ipsis minoribus reservetur, et ce(*tera. D*)at Kal aug Basso et Ablabio conss (331)

Supplenda	
	uelcuratoresollicitouteasdeminspiciatfrequentire
cogni	tioneincolomesanimaliaquoq.superuacuaminorum
quinu	encantnonuetamus dāt III īd mārt sīr constantino
A VII e	t constantio ū ss̄
Idā adu	ninersosprouincialespostalia minorumdefensores
utie	ttutoresuelcuratoresipanticipesreiquaelitaeposci
turact	autiussumestederedetractauerinteosdemq.contraue
ndere	nominauerintquuniampupillonihilueladultoperireopor
tetin	quolibetlitiseuentustantumdepropriopecuniaefiscoinfe
rantq	uantumaestimationemhabitaextertiapartecolligiturquod
sipaup	cressintcapitisdeminutioneplectanturetdesinantciues
esser	umaniitautinsintegrumipsisminoribusreseruetureice
terad	āt K̄ āug basso et ablabio ss̄.
Idū felic	i quonismperneglegentiamseuproditionemtuto
rum	etcuratorumpossessiunisiurisenfateuticiuitioin
terce	denteconmissieminorumfortunisauelluntarpla
cetut	tutorcuratoruecuiusq.ufficiumaueutepossessione
minu	risiurisenfateuticipraerogatiuamcommisioffen
saper	diderinttautumdefacultatib.propriiscensurain
mine	nteminorib.restituatquantoremualerepotuisse
cons	tauit dāt XIIII K̄ māi constp dalmatio et genofilo ss̄
Imppa	rēadethōn āāeutychianoppō tutoreseodemmomen
toqu	ofueriutordinatimoxadeantcognitoresutpraesen
tib.p	rimatib.defensoreufficilsetiampublicisiunentario
sull	emuitcrfactoomneaurumargentumq.etquidquid
uetu	statetemporisnonmutatursiinpupillisubstantiarep
eri	aturiudicumacsenatorumofficiurumetiampublico
rum	inustumsignaculisintutissimapublicaeauctoritatesen
tent	iaesinespealiquausurarumcustodiacuuloceturnon
priu	squalibetoccasionemutandumquamadultuslegitimā
ing	ressusaetatemnontamlitib.uacareincipiatquamintegro
sem	oxgaudeatpatrimoniumrestitutumetquoniametiam
medi	ocrispensandafurtunaestsicuiforteinhereditatemo
bilia	tantumnouetiaminmobiliarelinquanturnecaliquifundo
rum	reditussupputenturexquib.uelfamiliapupillisustentari
uale	atuelpupillusexmouilib.autpraediaidoneaconparentur
auts	ifortentadsoletidoneanonpotuerintinueniriiextaantiqui
iuri	aformamusurarumerescataccessioutethicundefundorū
redi	tusnonsperanturexincrementoreimouilisminorisnecessitas

		Supplenda
	adioneturetibisinepericulototorisnanraepenitusn	*onpetan*
	tur dat VI K mart constp arcad IIII et hon *** aa ꝯss	
XXXI	DE EXCUSATIONE TUTORUM	
	I. Impp arcad et hon aa flauianopu postaliaexcusation	*emnaui*
	culariistutelaesiuecurachactenusipsistribnimusn	*tinhuius*
	modiofficiisminorib.anitantumcorporisobligentur	*dat III non*
	mart med stilichone et aureliano ꝯss	
XXXII	DE PRAEDIIS MINORUM SINE DECRETO NON ALIENANDIS	
	I. Imp constantinos a ad seuerum minoresquiintrauig	*intiquin*
	q.annorumaetatesuntpraedinmoelmancipiumrusti	*cumsine*
	decretiinterpositionealienatumetiamnonpetitaminte	*grumres*
	titutionepoteruntuindicareitautsihaclegepraepositata	*menusq.*
	admetasuicesimietquintiannisupereritutcaeptalis	*intra*
	eiusdemannifinemterminariuonpossitiuquatalispos	*sitproten*
	disedethiiquoseademlexexactouigesimoetquint	*oanno*
	intrauigintietsexannosdepraebenderitincoarepe	*titiones*
	suasnoumoranturquoniamusqueaduicensimumat	*sextum*
	annumitainchoataelitistemporaconcluduntorqu	*iergo*
	posthoctempusageretemptaueritexpellaturntiam	*certus*
	securusq.possessorsit dat XV K iau aerd proniano et iu	*liano ꝯss*
	II Impp etsiminoresuelexpatrisnomineuelex	*suode*
	bitisdumtaxatfiscalib ingruentib uelexpriuatisco	*ntracti*
	b.repperienturobnoxiidecretiinterpositioaconst	*antiniano*
	praetorecelebrandaestprobatisexamussimcausis	*utpate*
	factarerumfidefirmauenditioperseuerethaeccu	*mitasint*
	etiamsuspectitutoressubeinsdebentexaminepostol	*ariattibi*
	quoq.actionetriboendasciliectuttunedemumadexp	*erienti*
	amtuamseruatislegib.recurratursiapudutrumq p	*raeto*
	remdumquaestiooentilaturabaliquaparteauxilium	*pro*
	uocationisfueritobiectumutprouocationismerita	*subli*
	misdisceptatorexpendas dat	

THEOD LIB III EXP INC

LIB IIII FELICITER

NOTAE.

Inedita.

Ad universos provinciales) Habes fragmentum accuratissimi Edicti Constantiniani ad Provinciales emissi, cuius alias particulas vide in l. 3. *fin. regund.*, l. unic. *de litigiosis*, l. 16 et 17 *de appellationibus* etc., consule Gothofredum ad has leges.

Lite) Palimps. *litae*.

Detrectaverint) Palimps. *detractaverint*.

Eosdemque) Mallem *eandemque*.

Nominaverint) Dato rei nomine vendere constituerint.

Eventu) Palimps. *eventus*, puncto expungitur littera *s*.

Aestimatione) Palimps. *aestimationem*.

Pauperes) Ante litteras *eres* apparet tale litterae extremum lineamentum, quod innuit vel *d*, vel *p*.

COMMENTARIUS.

Si quis sciens rem aliquam esse litigiosam, eam vendiderit, alienatione post sententiam iudicis rescissa, tenetur pretium rei restituere, atque tertiam pretii partem solvere emptori, solatii gratia; quod potissimum Iustiniani l. 4. *de litigiosis* sancitum est. Iam si venditor sit vel minorum defensor, vel tutor, aut curator, atque cum probe sciat rem aliquam pupilli lite exposci, detrectet autem edere acta, quae rem pupillo vindicent, immo eandem vendere statuat, tenetur hac lege tertiam pretii partem fisco inferre. Nam nihil pupillo, aut adulto perire oportet; periret autem tertia pars, quam emptor post sententiam iudicis repeteret a venditore solatii gratia, alia quoque incommoda pupillo infausta ex hac venditione derivare possent. Tertia itaque pretii pars fisco inferatur a curatore. Quod duplici ratione intelligi potest. Vel enim fiscus hanc tertiam partem, tamquam depositum, servabit emptori solvendam, si iudex rem a pupillo abiudicet; vel tamquam multam exigit tutori impositam. Priori opinioni favent ea legis verba *quoniam pupillo nihil vel adulto perire oportet in quolibet litis eventu*. Ei quoque favet ultima legis pars, qua personalis poena irrogatur. Si enim curator ea paupertate laboret, qua impar sit tertiae parti de suo solvendae, capitis deminutione plectatur, atque civitate Romana privetur. Porro pupillo integrum ius erit acta et instrumenta edendi, quibus rem suam vindicet.

(*Idem A Felic*)i

Quoniam per neglegentiam, seu proditionem, tuto(*rum*), et curatorum, possessiones iuris enfyteutici, vitio in(*terce*)-dente conmissi, e minorum fortunis avelluntur, pla(*cet*, *ut*) tutor curatorve, cuius officio manente, possessio (*mino*)ris iuris enfyteutici praerogativam, commissi offen(*sa per*)dide-rit, tantum de facultatibus propriis, censura in(*mine*)nte, minoribus restituat, quanto rem valere potuisse (*cons*)tabit. Dāt XIIII Kāl māi Constp Dalmatio et Genofilo conss (333)

NOTÆ.

Edita in Cod. Theod. lib. III. tit. XIX. l. 3.

Enfyteutici) Palimps. *enfateutici*.

Cuius officio etc.) Ita Cod. Theod. At erat in Palimps. *cuiusque officio manente possessione . . . ris iuris enfateutici praerogativam . . . diderint*.

Quanto) Cod. Theod. *quantum*.

Constabit) Ita Cod. Theod. Erat in Palimps. *constavit*.

Genofilo) In Cod. Theod. rectius legitur *Zenophilo*.

(*Impp A*)rcadius, et Honorius ĀĀ
Eutychiano P̄P̄o

Tutores eodem momen(*to*, *qu*)o fuerint ordinati, mox adeant Cognitores, ut, praesen(*tibus P*)rimatibus, Defensore, Officiis etiam publicis, inventario (*soll*)emniter facto, omne aurum argentumque, et quidquid (*vetu*)state temporis non mutatur, si in pupilli substantia rep(*eri*)atur, iudicum, ac senatorum, officiorum etiam publico(*rum*), inustum

signaculis in tutissima, publicae auctoritate sen(*tent*)iae, sine spe aliqua usurarum, custodia conlocetur; non (*priu*)s qualibet occasione mutandum, quam adultus legitimam (*ing*)ressus aetatem, non tam litibus vacare incipiat, quam integro (*se m*)ox gaudeat patrimonio restitutum. Et quoniam etiam (*medi*)ocris pensanda fortuna est, si cui forte in hereditate mo(*bilia*) tantum, non etiam immobilia, relinquantur, nec aliqui fundo(*rum*) reditus supputentur, ex quibus vel familia pupilli sustentari (*vale*)at, vel pupillus, ex mobilibus aut praedia idonea conparentur, (*aut s*)i forte, ut adsolet, idonea non potuerint inveniri, iuxta antiqui (*iuri*)s formam, usurarum crescat accessio; ut et hic, unde fundorum (*redi*)tus non sperantur, ex incremento rei mobilis minoris necessitas adiuvetur, et ibi sine periculo tutoris usurae penitus n(*on petau*)tur. Dat VI Kal mart Consp Arcadio IIII et Honorio (*III*) AA conss. (396)

NOTÆ.

Edita in Cod. Theod. l. 4. *de administr. et periculo tutorum*. Eadem interpolata legitur in Cod. Iustin. l. 24. *de administr. tutorum*.

Adeant) C. Theod. *audiant*, perperam.

Ac senatorum) C. Theod. *et senatorum*.

Mutandum) C. Theod. *mutilandum* perperam.

Quam adultus etc.) C. Theod. *quam integro mox gaudeat se patrimonio*.

Incremento rei) C. Theod. *incrementis rei*.

(*TITULUS*) XXXI

De Excusatione Tutorum.

Impp Arcadius, et Honorius AA
Flaviano PU. post alia.

Excusation(*em navi*)culariis tutelae, sive curae, hactenus ipsis tribuimus, u(*t in huius*)modi officiis minoribus sui tantum corporis obligentur. (*Dat III non*) mart Mediolani Stilichone et Aureliano conss (400)

NOTAE.

Edita in Cod. Iustin. lib. V. t. LXII. l. 24.

Flaviano PU) Ad Flavianum Praefectum Urbis datae sunt hoc eodem anno l. 61. *de appellationibus*, l. 9. *de aquaeductu* in Cod. Theodosiano; quare perperam Cod. Iustin. *Flaviano PP.* habet.

III non) Haec addidi ad fidem Codicis Iustin.

Stilichone) Deerant Consules in Codice Iustin.

(*TITULUS*) XXXII

De Praediis minorum sine decreto non alienandis.

I. Imp Constantinus A ad Severum.

Minores, qui intra vig(*intiquin*)que annorum aetatem sunt, praedium vel mancipium rusti(*cum sine*) decreti interpositione alienatum, etiam non petita in inte(*grum res*)titutione, poterunt vindicare; ita ut, si, hac lege proposita, ta(*men usque*) ad metas vicesimi et quinti anni supererit,

ut coepta lis (*intra*) eiusdem anni finem terminari non possit, inchoata lis pos(*sit proten*)di. Sed et hii, quos eadem lex, exacto vicesimo et quint(*o anno*), intra viginti et sex annos deprehenderit, inchoare pe(*titiones*) suas non morentur; quoniam usque ad vicesimum et (*sextum*) annum ita inchoatae litis tempora concluduntur. Qu(*i ergo*) post hoc tempus agere temptaverit, expellatur, ut iam (*certus*) securusque possessor sit. Dāt XV Kāl iañ. Serdicae Probiano et Iu(*liano conss̄.*) (322)

NOTÆ.

Inedita

Severum) Sic quoque, dignitate omissa, est in l. ult. C. Iustin. *de praediis minor. non alien.*, ubi tamen aliae editiones legunt *ad Senatum*. Ex aliis vero legibus, quas Gothofredus (*Prosopographia* ad voc. *Severus*) citat, apparet Severum Praefecturam Urbis gessisse annis 320. 321. 322. At quum Anonymus in indiculo Praefectorum Urbi perhibeat, per hos annos Praefectum Urbi fuisse Valerium Maximum; Gothofredus inscriptiones, subscriptionesque harum legum turbat, ut Anonymi fidem sartam tueatur. Equidem maiorem fidem adiungens inscriptionibus Codicis a Palimpsesto confirmatis, mendosum reputo Anonymum, atque eum hanc legem, tum sequentem refero ad annum 322, quo Severus Praefecturam Urbis administrabat.

Actatem) Palimps. *aetate*.

Petita in integrum) Palimps. *petitaminte . . .*

Proposita) Palimps. *praeposita*.

Et quinti) In palimpsesto librarius primum scripserat *quingenti*, postea syllabam *gen* delevit.

Inchoata lis) Palimps. *inquatalis*. Quid sibi vellet *in qua talis* haud videbam.

COMMENTARIUS.

Tempora intra quae restitutiones in integrum peti debeant, atque causae definiri, diligentissime praefinivit Constantinus l. 2. *de integri restitutione* data

anno 329. Antea enim unicus annus utilis minoribus concedebatur post adeptam legitimam aetatem, uti colligitur ex Scevolae verbis *ff.* l. 39. *de minoribus viginti quinque annis*, atque ex Constantiniana lege 2. *de dilationibus* data anno 327, quae non obscure innuit intra idem tempus terminandam esse litem. Ad eiusdem iurisprudentiae normam lata est lex, quam expendo. Versatur enim circa minores, qui vindicantes praedium vel mancipium rusticum sine decreti interpositione divenditum, illud lite persequuntur. Iam lis intra vigesimum quintum annum inchoata, si intra eundem annum definiri neutiquam possit protendi potest, ita tamen, ne ultra vigesimum sextum annum completum excurrat. Quare ii, qui, vigesimo quinto anno exacto, nondum rem suam lite persequi coeperunt, haud moreantur, scilicet, omni cunctatione deposita, satagant intra annum vigesimum sextum eum inchoare, tum conficere litem. Nam tempora inchoatae litis, qua minor restitutionem in integrum petit, concluduntur intra annum vigesimum sextum completum. Porro ille, qui, hoc aetatis anno transacto, agere velit, expellatur, ne lites immortales fiant, atque possessores incerti semper pendeant de praedio a minoribus empto. Haec iurisprudentia in minores paullo severior visa est septennio post Constantino l. 2. *de integri restitutione*; omnibus vero liberalior Iustinianus continuum quadriennium minoribus indulsit l. ult. *de temporibus in integ. restit.*

II. Impp

Si minores vel ex patris nomine, vel ex (*suo*, *de*)bitis dumtaxat fiscalibus ingruentibus, vel ex privatis co(*ntracti*)bus repperientur obnoxii, decreti interpositio a Const(*antiniano*) Praetore celebranda est, probatis examussim causis, (*ut pate*)facta rerum fide firma venditio perseveret. Haec cu(*m ita sint*) etiam suspecti tutores sub eius debent examine postul(*ari*, *at tibi*) quoque actione tribuenda; scilicet, ut tunc demum ad exp(*erienti*)am tuam, servatis legibus, recurratur, si apud utrumque p(*raeto*)rem dum quaestio ventila-

tur, ab aliqua parte auxilium (*pro*)vocationis fuerit obiectum, ut provocationis merita (*subli*)mis disceptator expendas. Dat

THEOD LIBER III. EXPLICIT
INCIPIT LIBER IIII. FELICITER

NOTÆ.

Impp) Quibus Imperatoribus adscribenda sit haec lex non liquet, cum spatium vacuum sit in Palimpsesto. Si fidem adiungamus Codici Iustiniano V. 71. 18. Impp. Constantino A, et Constantio C. acceptam referemus.

Si minores) Erat in Palimps. *et si minores*; coniicio particulam *et* scriptam fuisse a librario, qui in proposito exemplari haud bene assequebatur titulum legis evanidum.

Ingruentibus) *Urgentibus* legitur in Cod. Iustin.

Examussim) *Examinatisque* ita Cod. Iustin., nostra lectio est magis recondita, atque exquisita.

Haec cum ita sint) Ita supplevi; alii melius hanc lacunam suam integritati restituent.

Actione) Mallem *actio est*.

Experientiam) *Laudanda experientia tua* l. 16. *de petitionibus*.

Ut provocationis merita) Aliis verbis concluditur haec eadem lex in Cod. Iustin. VII. 62. 17. scilicet *Praefecturae Urbis iudicium sacrum appellator observet. Dat. 3. non. augusti. Heracleae Constantino A. VII. et Constantio C. III. conss.* Eadem ergo lex duobus, iisque paullo diversis rescriptis ad diversos magistratus data fuit.

Sublimis) Quo titulo donabatur Praefectus Urbi, maxime quum de provocatione ab inferioribus magistratibus cognoscebat.

COMMENTARIUS.

Prima legis pars usque ad ea verba *Haec cum ita sint* edita est in C. Iustin. V. 71. 18. Partis alterius prima verba sunt inedita; postrema vero, nempe *si apud utrumque Praetorem* etc. paucis mutatis, extant l. 17. *de appellationib. et consult.* in Cod. Iustin. Quae sit legitima causa alienandi res immobiles pupillorum, vel minorum, declaratur in prima legis parte, quae iubet, ut, si aes alienum, urgentibus creditoribus, exsolvendum sit, neque alia ratio, quam venditio immobilium suppetat, adeatur Praetor Constantinianus, qui, re perpensa,

suum interponat decretum. Porro non haec tantum legitimae causae cognitio suberat iudicio Constantiniani, verum etiam suspecti tutores apud eum postulandi erant. Quo examine non unus Constantinianus defunctus esse videtur, verum etiam huic alius Praetor adiungebatur; ait enim *si apud utrumque Praetorem*. Hunc alterum *Tutelarem* fuisse existimo. De eo ita Capitolinus in vita M. Antonini cap. 10. *Praetorem Tutelarem primus* (M. Antoninus) *fecit, cum ante tutores a Consulibus poscerentur, ut diligentius de tutoribus tractaretur*. Eum Paulus 5. *sentent*. tit. 16. § 2. *Iudicem tutelarem* appellat; de eius officio librum singularem scripserant Paulus et Ulpianus v. l. 3. 5 et 6. §. 13. *ff. de excusationibus*. Sane Gordiani tempore duo magistratus tutorem dabant, atque idoneam cautionem exigebant l. 3. *de magistratib. conven.* in C. Iustin. Ulpianus plures etiam Praetores nominat, inquiens: *damus autem ius removendi suspectos tutores Romae Praetoribus* l. 1. § 3. *ff.* lib. 26. tit. 10. Theodosius, ut rectius consuleret bono pupillorum illustris familiae, constituit, ut Praefectus Urbi tot viros adhiberet in consilio, quot vide in l. 3. *de tutorib. et curator. creandis* C. Theod. Neque his contentus Tribonianus voluit, ut confirmatio tutoris celebraretur a Praefecto Urbi, administratio vero eidem conferretur a Praetore l. 1. *de tutorib. et curator. illustr.* in C. Iustin. Ipsa denique ratio et perspecta hominum iniquitas postulat, ut non unam cautionem leges adhibeant, qua pupillorum bona tueantur contra avaram tutorum vafritiem. Duo itaque Praetores de suspectis tutoribus cognoscebant, Constantinianus et Tutelaris. Qua nam in re distingueretur utriusque officium, ignoro. Haec tamen sufficiunt, ut recte ea verba interpretemur *apud utrumque Praetorem*; nam Gothofredus ad l. 13. *de appellationibus* haec eadem verba illustraturus perperam interpretabatur *Uterque Praetor est Urbanus, et Peregrinus*. Si igitur inter ventilandam quaestionem aliquod dissidium ortum fuerit, atque ab alterutra parte provocatum, provocationis merita in causa suspecti tutoris perpendrre poterat Praefectus Urbis. Enimvero iure antiquo ad Praefecturam Urbis remittebantur *tutores, sive curatores, qui male in tutela, sive cura versati, graviore animadversione indigent, quam ut sufficiat eis suspectorum infamia* l. 1. §. 7. *ff. de officio Praef. Urbi*. Scilicet Praetores suspectum tutorem removebant, atque adeo infamia notabant; at si eius facta atrociora in tutela admissa (l. 1. §. 8. *ff. de suspectis tutor.*) maiorem infamia poenam mererentur, remittebatur ad Praefectum Urbi graviter puniendus. Haec, inquam, iure antiquo statuta erant. Sed ex hac lege illud etiam ius tribuitur Praefecto Urbi, ut de appellatione cognoscat in causa suspecti tutoris ventilata apud utrumque Praetorem.

Supplenda	
	rifecituelsiipsorumnominecomparauittotumlegi
tima	subolesrecipiatquodsinonsintfiliilegitiminecfra
teraut	consanguineusautsororautpatertotumfisciuirib.
uindi	ceturitaq licioianietiamfilioquiperrescriptumsane
tissi	mumdignitatisculmenascenditomnissubstantiaau
ferat	uretsecundumhanclegemfiscoadindiceturipsouerbe
rib.et	conpedib uinciendoadsuaeoriginisprimordiaredi
gatur	lect III K mai carth nepotiano et facundo cons
lila ad	gregoriumsenatoresseuperfectissimosuelquos
inciu	itatib.duumuiralitasuelquinquenalitasuelfla
minis	uelsacerdotiiprouinciaeornamentacondecorantpla
cetma	culamsubireinfamiaeetperegrinosaromanislegib.
fieri isi	exancillauelancillaefiliauellibertauellibertae
filiasi	ueromanafactaseulatioauelscaenicaefiliauelexta
berna	risuelextaberoariifiliauelhumiliuelabiectauelleno
nisaut	arenariifiliauelquaemercimoniispublicispraefuit
suscept	osfiliosinnumerolegitimorumhabereuoluerint
autpro	prioiudicioautnostripraerogatiuarescribtiitaut
quidq	uidtalib.liberispaterdonaueritsiueillos legitimos
seunaturalesdixerit	di . . . . totumretractumlegitimaesubo
lireddatu	rautfratriautsororiautpatriautmatrisedet
siuxorit	aliquocumq.datumquolibetgenerefueritueleempti
oneco	nlatumetiamhocretractumreddipraecipimusip
saseti	amquarumuenenisinfacienturanimiperdatorum
siqui	dquaeritoruelcommendatumdiciturquodhired
dend	umestquib.iussimusautfiscenostrotormentis
subicii	ubemussiueitaq peripsumdonatumcatquipater
dicitu	ruelperaliamsiuepersuppositampersonamsine
abeoe	mptumuelabaliosiueipsorumnomineconparatum
statim	retractus reddaturqnib.iussimusautsinonexis (m above)
tantfi	sciuirib.uindiceturquodsiexistentesetinpraesen
tiarer	umconstitutiagerenoluerintpactouelinrein
rando	exclusitotumsinemorafiscusinuadatquib.taoen
tib.etd	issimulantib.addefensionefiscalidnummensuum
tempo	ralimitenturintraq.sioooretraxerintuelretra
hendum	rectoremprouinciaeinterpellauerintquidqoidta
lib.fil	iisueluxorib.liberalitasinpuraecontuleritfiseusnos
sterinu	adatdonatasuelcommentasrescommendatasres .
subpo	enaquadruplisccueraquaestioneperquirenslicinniani

	SUPPLENDA
autemfiliusquifugiensomprachensusestconpe	dib.uinc
tusadgynececicarthaginisministeriumdeputeturl	ect * * *
K aug carthag nepotiano et facundo ɔss	
IIII Imppp ualanus ual et grat aaa adampelium pu placuitma	nentib.
ceterisq. denaturalib.liberumconstantinianislegib.	cauta
sunthaectantummodotemperareuthisquiheredemh	eredes
uefiliosexlegitimomatrimonioueInepotesquifilior	umloco
habendisuntpatremquoq.matremuedimittisiexcon	sortio
cuiuslibetmulierisnaturalessusceperitunamtan	tumbo
norumsuorumethereditatisunciamnaturalib.uel	mulieri
donandiautrelinquendihabeatfacultatemsiqui	uero
nulloexhisquosexcipimussuperstitemorietemat	q.exmu
lierequamsibiadiunxeratnaturalemplures ue	dimit
tetusq.adtrestantumsiuoletunciastaminmulie	rem
quaminnaturalestriuomalueritiuretransceri	batdat
XVII K sept constantionaci grat a II et probo ɔss	
V Imp parcad et hon aa petroniouichispaniarumle	gitimis
(a) constantinietgenitorisnostripraeceptisedoo	tiprae
cipimusutexclusisnaturalib.filiisadfiscumt	otuminfe
raturquodadipsorumpersonadeciditsine * * * *	moherescon
cipituretomneqno legitimisnonconpetitleg * *	itimainstan
tianonnegatur dat IIII K mai med caesarioetattic	o ɔss
VI Id aa et theod a anthemioppo damuspatrumarbitri	osita
menlegitimaprolecareantnecfiliosuelnepot	esexfi
liomatremuehabeantnaturalesfiliosquosexqu	aesito
susceperitcontubernioeorumuepatremtre	sbo
norumsuorumunciaslargitateprosequiseuul	timauo
luntatematreneroueIceterispersonisquaeexc	onnubio
sunthocestlegetimisfiliisuelnepotib.seufilion	iuenti
b.uelexistentib paterbonorumsuorumunamt	antum
unciamnaturalib.filiiseorumq genitricilarg	iendiet
relinquendihabeatpotestatemdat id nou con	stp
stilichone II et anthemio ɔss.	
VII Impp theod etualanus aa ad hassumppo naturali	umno
mensancimusinponimusquo sinehonestacele	bratione
matrimoniiprocreatoslegitimaconiunctiofud	eritinlu
cemseruosautemexancillaeuteroipsoiuregen	eratos
etquamuisperuimnaturaeneillisquidemposs	itnatura
liumnomenauferriinhereditariistamencor	

(a) In margine exstat scolion minutis litteris descriptum, sed adeo evanidis, ut vix una et altera syllaba legi possit.

(*LIBER IIII*)

(DE NATURALIBUS FILIIS ET MATRIBUS EORUM TIT. *VI*)

(*Legis II a Constantino latae fragmentum*)

. . . ri fecit, vel si ipsorum nomine comparavit, totum legi(*tima*) suboles recipiat. Quod si non sint filii legitimi, nec fra(*ter, aut*) consanguineus, aut soror, aut pater totum fisci viribus (*vindi*)cetur. Itaque Liciniani etiam filio, qui per rescriptum sanc(*tissi*)mum dignitatis culmen ascendit, omnis substantia au(*ferat*)ur, et secundum hanc legem fisco adiudicetur; ipso verbe(*ribus, et*) conpedibus vinciendo, ad suae originis primordia redi(*gatur*). Lecta III Kal mai Carthagine. Nepotiano et Facundo couss. (388)

NOTA.

. . . *rifecit*) Supplo: *si pater aliquid naturalibus filiis donavit, aut donari fecit.*

COMMENTARIUS.

Ineditae legis Constantini M. fragmentum. Quid Constantinus de naturalium filiorum iure hereditario statuerit, multis disputat Gothofredus in Commentario ad l. 1. *de naturalib. filiis*, atque contendit Constantinum *liberis naturalibus capiendi ius valde accisum tribuisse*, concludit autem: *maneat itaque liberis naturalibus a Constantino M., legitimis omnibus demum deficientibus, etiam fratribus, seu patruis, capiendi ius quoddam relictum fuisse.* Utinam integer hic titulus servatus fuisset in Palimpsesto! quaestio enim definiri posset. Iam vero ex hoc fragmento, atque lege sequenti apparet. 1.° Concubinatum generatim omnibus civibus prohibitum fuisse. 2.° Infamiae nota sublimiores imperii viros inustos fuisse, atque iuribus Romanis spoliatos, si constaret in turpissimo concubinatus caeno cum vili et abiecta femina versari. 3.° Donationes vel directas,

vel indirectas, inter vivos, quibus pater prosecutus fuisset filios naturales, aut concubinam, irritas esse; facile enim concubinarum venenis inficiuntur animi patrum, atque ad donationes blande alliciuntur. 4.° Patre ab intestato mortuo, naturales filios nullam hereditatis partem adire posse; ait enim fragmentum nostrum, *quod si non sint filii legitimi, nec frater, aut consanguineus, aut soror, aut pater, totum fisci viribus vindicetur*. Superest ergo, ut, deficientibus filiis legitimis ceterisque consanguineis, Constantinus facultatem patribus fecerit testamento legandi minimam hereditatis partem, puta unciam. Quae est Gothofredi opinio; quam non ita facile probare possum. Postrema verba huiusce fragmenti, nec non sequentis legis occasionem pandunt rescripti Imperatorii. Scilicet Licinianus quidam ex concubina, eaque ancilla, filium susceperat; patre mortuo, filius non solum heres ex asse, verum etiam per rescriptum sanctissimum, idest Imperatorium, magistratus alicuius honoribus fuerat condecoratus. Progressu temporis innotuit filium illegitimum esse ex ancilla natum. Iudex, quum probe sciret filiis naturalibus omnem hereditatis spem praecisam esse a legibus (haec enim est altera lex huius tituli, porro quae prima erat generalem atque antiquiorem profecto Constantini constitutionem exhibebat de naturalibus filiis) animi tamen dubius pendebat; agebatur enim de filio, qui ea legitimitatis praescriptione utebatur, qua ad dignitatis fastigium fuerat evectus. Imperator tamen iubet, eum non tantum universa hereditate spoliandum esse, verum etiam ad suae originis primordia reducendum, nempe ad verbera et compedes. Enim vero *lex naturae est, ut qui nascitur sine legitimo matrimonio, matrem sequatur* l. 24. Digest. *de statu homin.*: tum *naturales, si ex ancilla nati fuerint . . . inter hereditaria mancipia computantur* Papiani *lib. respons.* tit. 36. Ex sequenti vero lege apparet, Licinianum verbera et compedes aversatum aufugisse, fuisse tamen comprehensum. Quare Imperator eum damnavit ad Carthaginiensis gynaecei ministerium, quo Christiani bene multi detrusi fuerant, vide Annotatores ad Lactantium *de mortib. persecut.* 21. Sozomenum I. 8. Eusebium *de vita Constant.* II. 34.

(*III. Idem A ad*) Gregorium

Senatores, seu perfectissimos, vel quos (*in civ*)itatibus duumviralitas, vel quinquennalitas, vel fla(*minis*), vel

sacerdotii provinciae ornamenta condecorant, pla(*cet ma*)culam subire infamiae, et peregrinos a Romanis legibus (*fieri*, *si*) ex ancilla, vel ancillae filia, vel liberta, vel libertae (*filia*, *si*)ve Romana facta, seu Latina, vel scaenica filia, vel ex ta(*berna*)ria, vel ex tabernari filia, vel humili, vel abiecta, vel leno(*nis*, *aut*) arenarii filia, vel quae mercimoniis publicis praefuit, (*suscept*)os filios in numero legitimorum habere voluerint, (*aut pro*)prio iudicio, aut nostri praerogativa rescribti; ita ut (*quidq*)uid talibus liberis pater donaverit, sive illos legitimos, (*seu naturales dixerit*) totum retractum legitimae subo(*li reddatu*)r, aut fratri, aut sorori, aut patri, aut matri, sed et (*si uxori t*)ali quodcumque datum quolibet genere fuerit, vel empti(*one co*)nlatum, etiam hoc retractum reddi praecipimus: ip(*sas eti*)am, quarum venenis inficiuntur animi perditorum, (*si qui*)d quaeritur vel commendatum dicitur, quod his red(*dend*)um est, quibus iussimus, aut fisco nostro, tormentis (*subici i*)ubemus. Sive itaque per ipsum donatum est, qui pater (*dicitu*)r, vel per alium, sive per suppositam personam, sive (*ab eo e*)mptum, vel ab alio, sive ipsorum nomine conparatum, (*statim*) retractum reddatur quibus iussimus; aut, si non exis(*tant*, *fi*)sci viribus vindicetur. Quodsi existentes, et in praesen(*tia rer*)um constituti agere noluerint, pacto vel iureiu(*rando*) exclusi, totum sine mora fiscus invadat. Quibus tacen(*tibus*, *et d*)issimulantibus, ad defensionem fiscalem duum mensuum (*tempo*)ra limitentur; intra quae si non retraxerint, vel propter retra(*hendum*) rectorem provinciae

interpellaverint, quidquid ta(*libus fil*)iis vel uxoribus liberalitas inpura contulerit fiscus no(*ster inv*)adat, donatas vel commendatas res (*sub po*)ena quadrupli severa quaestione perquirens. Liciniani autem filius, qui fugiens comprachensus est, conpe(*dibus vinc*)tus ad Gynecei Carthaginis ministerium deputetur. L(*ect* ***) Kāl augusti. Carthagine. Nepotiano, et Facundo conss. (336)

NOTÆ.

Edita in C. Iustin. l. 1. h. t., excipe tamen postrema verba. Hanc constitutionem commemorat simulque abrogat Iustinianus nov. 89. cap. 15. inquiens: *Etsi certa a Constantino piae memoriae in Constitutione ad Gregorium scripta, quaedam de talibus dicta sint filiis, haec non recipimus; quoniam et non utendo perempta est . . . quam videlicet constitutionem omnino perimimus.*

Perfectissimos) *Praefectos* C. Iustin. Lectionem Palimpsesti Antonio Augustino *lib. ad Modestinum*, et Cuiacio *ad* 13. *Ulpian.* probatam confirmant eae leges in quibus Perfectissimi post Senatores nominantur; vide Gothofredum in Paratitlo *de Perfectissimatus dignit.*

Vel quinquennalitas) *Duumviralitas, vel Sacerdotii, idest Phoeniciarchiae, vel Syriarchiae ornamenta condecorant.* Quare Iustinianus l. nov. ait: *Phoenicarchorum . . . et Syriarchorum, et magistratuum, et insignium meminit, et clarissimorum.* De Duumviris, qui summi coloniarum et municipiorum custodes, veluti Consules apud Colonias suas habebantur, confer Chimentellium *Marmor Pisanum* (in Graevii *Thesaur. Antiq. Rom.* tom. VII. p. 2040. sq.) et Gothofredum in Paratitlo *de Decurionibus.* Quinquennales a Duumviris distinguunt Velserus et Chimentellius l. l. p. 2042; sed pro varietate provinciarum alibi decuriones duo, alibi tres electos fuisse, qui provinciam moderarentur, probat Gothofredus ad l. 1. *de medicis.* Praeterea Flamen singulorum municipiorum erat, Sacerdos vero totius provinciae, vide Gothofredum ad l. 21. *de decurionibus*, unde patet Flamines, Sacerdotes, atque Duumviros iudicio Principis confirmatos fuisse, atque adeo prima coloniarum, municipiorumque munera gessisse. Quare Tribonianus quinquennalitatem reticens, unam duumviralitatem

nominavit, quum in genere universo species utique contineatur. Idem etiam scribens *Sacerdotii idest Phoeniciarchiae, vel Syriarchiae*, videtur Infamiae notam, quae omnibus cum provinciarum, tum municipiorum Sacerdotibus antea inurebatur, ita restrinxisse, ut soli Phoeniciae, vel Syriae Sacerdotes infames fierent. Sane Syriarchia ceteris Sacerdotiis aliarum provinciarum praestabat; huic proximam fuisse Phoeniciarchiam apparet ex hac lege.

Peregrinos) *Alienos* C. Iustin. quod fortasse Triboniano magis arrisit caventi, ne peregrinorum nomen alio eoque civili sensu intelligeretur.

Sive Romana) *Vel libertae filia, vel scenica, vel scenicae filia, vel tabernaria, vel tabernariae filia.* Quum Iustinianus in tit. *de latina libertate tollenda* sollemni constitutione latinam libertatem sustulerit, merito Tribonianus, ea verba *sive Romana facta, seu latina* resecavit.

Vel abiecta) *Persona* addit C. Iustin.

Publicis) *Publice* C. Iustin. *Sive illos*) *Seu illos* C. Iustin.

Quodcumque) *Quocumque* Palimps.

Inficiuntur) *Infacientur . . . perdatorum* Palimps.

Sive per suppositam) *Sive per interpositam* ita maluit Tribonianus. Papianus tamen *lib. respons.* tit. 36. hanc ipsam Cod. Theodosiani legem commemorans utitur verbis *per suppositam quamcumque personam.*

Retractum) Ita emendatum est supra lineam, quum primo esset *retractus.*

Fisci viribus) *Fisci iuribus* C. Iustin. Nostra lectio exquisitior est, atque compluribus Codicis locis comprobata.

Existentes) Quod participium melius cohaeret cum sequenti *constituti*, quam lectio C. Iustin. *existant.*

Defensionem fiscalem) *Defensione fiscali* Palimps.

Duum) *Duorum* C. Iustin.

Propter retrahendum) *Propter* abest a Palimpsesto. Ante verbum *interpellaverint* subintellige ἀπὸ κοινοῦ particulam negativam *non*, quae tamen addita est in Cod. Iustin.

Commendatas) Quam vocem librarius immerito expunxit, ut illam *commentas* probaret.

Liciniani. Postrema haec verba omisit Tribonianus. De eo vide me ad fragmentum legis superioris.

Lecta) *Dat.* 12. *Kal. augusti Carthagine* C. Iustin. Constantinum eo anno Carthagine haud fuisse constat, quare lex, non data, sed lecta Carthagine fuit.

IIII. Imppp Valentinianus, Valens, et Gratianus AAA ad Ampelium PU

Placuit, ma(*nentibus*) ceteris, quae de naturalibus liberis Constantinianis legibus (*cauta*) sunt, haec tantummodo temperare, ut is, qui heredem h(*eredes*)ve filios ex legitimo matrimonio, vel nepotes, qui filior(*um loco*) habendi sunt, patrem quoque matremve dimittit, si ex con(*sortio*) cuiuslibet mulieris naturales susceperit, unam tan(*tam bo*)norum suorum et hereditatis unciam naturalibus, vel (*mulieri*), donandi aut relinquendi habeat facultatem. Si qui(*s vero*), nullo ex his, quos excipimus, superstite, morietur, at(*que ex mu*)liere, quam sibi adiunxerat, naturalem pluresve (*dimit*)tet, usque ad tres tantum, si volet, uncias, tam in mulie(*rem*), quam in naturales quo maluerit iure transcri(*bat. Dat*) XVII Kal septemb. Constantionaci. Gratiano A II. et Probo conss. (371)

NOTÆ.

Edita in Cod. Theod. l. 1. h. tit.

Ceteris) *Cunctis* Edit. *Excipimus*) *Excepimus . . . moriatur* Edit.

Si voluit) *Si voluerit* Edit. *XVII*) *XVIII* Edit. sed alii codd. *VII*.

Constantionaci) *Contionati* Edit. sed alii cod. *Concionaci*, vel *Contionaci*. Existimat Gothofredus fuisse locum inter Treverim, et Moguntiacum, vel circum circa; quem *Cortionacum* scribendum esse ratus comparat cum hodierno *Kreuzenach* in Palatinatu. At Clarissimi Viri, quorum studio *Rerum Gallicarum Scriptores* tom. I. p. 756. illustrati sunt, illud haud differre autumant a *Cruciniaco*, quod est *Creutznach* ad Rhenum prope Bingium. Mutata vero nominis scriptura, *Constantionacum* videtur esse Constantiae urbs prope Acronium lacum.

V. Impp Arcadius et Honorius AA
Petronio Vicario Hispaniarum.

Le(*gitimis*) Constantini, et genitoris nostri praeceptis edoc(*ti prae*)cipimus, ut, exclusis naturalibus filiis, ad fiscum t(*otum infe*)ratur, quod ab ipsorum persona decidit, si ne(*mo heres con*)cipitur: et omne, quod legitimis conpetit, legi(*tima instan*)tia non negatur. Dat IIII Kal mai. Mediolani. Caesario, et Attic(*o conss.*) (397)

NOTÆ.

Inedita

Petronio) Hic Vicarius Hispaniarum anno 395. innotescit ex l. unic. *quorum bonorum*.

Ab ipsorum) Ita librarius postea emendavit; scripserat enim *ad ipsorum*.

Conpetit) Praemissum *non* expungitur.

COMMENTARIUS.

Fisco inferenda est hereditas patris ab intestato defuncti, si, solis superstitibus filiis naturalibus, eius legitimus heres non ita facile praesumi atque concipi potest; illegitimi enim filii prorsus excludi debent, uti sanctionibus suis Constantinus atque Theodosius praeceperant; atque adeo hereditas vacare credenda est. At, quemadmodum de bonis vacantibus leges cavent, si legitimus heres appareat, quidquid ei conpetit, fiscus denegare haud debet.

VI. Idem AA et Theodosius A
Anthemio PPo

Damus patrum arbitri(*o*, *si ta*)men legitima prole careant, neq filios, vel nepot(*es ex fi*)lio, matremve habeant,

naturales filios, quos ex qu(*aesito*) susceperint contubernio eorumve matrem tre(*s bo*)norum suorum uncias largitate prosequi sua ul(*tima vo*)luntate: matre vero, vel ceteris personis, quae ex c(*onnubio*) sunt, hoc est legitimis filiis, vel nepotibus ex filio, v(*iuenti*)bus vel existentibus, pater bonorum suorum unam t(*antum*) unciam naturalibus filiis, eorumque genitrici larg(*iendi et*) relinquendi habeat potestatem. Dāt Īd novemb. Con(*s̄t̄p*) Stilichone II. et Anthemio conss̄. (405)

NOTÆ.

Inedita. Nihil est, nisi confirmatio superioris legis quartae.

Quaesito) *Electo contubernio* est in l. 5. C. Iustin. h. t.

Susceperint) *Susceperit* Palimp. Idem mox *patrem*, reposui *matrem*.

Sua ultima) Erat in Palimps. *seuul* * * *

Connubio) Norunt omnes *connubium* dici matrimonium legitimum; *contubernium* vero, illegitimum.

Ex filio) *Seu filio* Palimps.

VII. Impp̄ Theodosius, et Valentinianus ĀĀ ad Bassum P̄Po

Naturali(*um no*)men sancimus inponi iis, quos sine honesta cele(*bratione*) matrimonii procreatos legitima coniunctio fud(*erit in lu*)cem; servos autem ex ancillae utero ipso iure gen(*eratos*). Et quamvis per vim naturae ne illis quidem poss(*it natura*)lium nomen auferri in hereditariis tamen cor...

NOTAE

Inedita

Quum Valentinianus X. Kal nov anno 425. dictus fuerit Augustus a Theodosio, nisi post hanc epocham lex data esse nequit; probabilius vero anno 426, quo Basso Praefecturam Praetorii gerenti aliae multae leges inscriptae leguntur.

Inponi iis quos) *Inponimus quos* Palimps.

COMMENTARIUS

Iustinianus nov. 89. cap. 15. ait: *omnis*, *qui ex complexibus . . . . . aut nefariis*, *aut incestis*, *aut damnatis processerit*, *iste neque naturalis nominatur*, *neque alendus est a parentibus*; tum improbat Constantini severitatem, qui illegitimos filios clarissimorum, aliorumque imperii procerum, neque *naturalium* nomine donabat. Quare Theodosius h. l. nomen *naturalis* declarat, simulque ab illo *servorum* distinguit. Definit ergo *naturales* eos esse, *quos sine honesta celebratione matrimonii procreatos legitima coniunctio fuderit*; de legitima celebratione matrimonii vide Papianum *lib. respons.* tit. 36. aliosque. Idem sancit *servos* nominari, qui ex ancillae utero procreati sint *ipso iure*, scilicet naturali. Quamquam, subdit lex, naturalium filiorum nomen servis hoc iure generatis denegari haud potest; in adeunda tamen hereditate dispar est conditio; neque enim filiis ex ancilla susceptis ingenuus pater quidpiam legare potest.

(LIBER IIII)

(TITULUS VIII)

(De libertatis causa)

(*Legis IIII Fragmentum*)

. . . . ixisset, eorum omnium iudicio fierat copia. Quod quidem (*ita*) interpretati sunt, ut, contractis in litem omnibus, et adser(*tio*)nibus iam ordinatis et profligatis, exactisque paene iudiciis, si (*qu*)i earum personarum, quae in quaestione sunt, partus accidis(*sen*)t, quasi accessiones absentiae necessariae spectataeque (*pe*)rsonae, novari tempora iuris esse adfirmant. Sed cum ali(*ut*) sit abesse, aliut necdum natum esse; placuit eos, qui nas(*cu*)ntur, matrum condicionibus et iure uti, quarum mox visce(*ri*)bus exponuntur, neque ideo, quod natus quidam est, tempora (*iu*)dicii renovari. Ante litem vero nati suo omnes nomine in (*qu*)aestionem vocentur; quoniam hos solos, qui in lite nati (*er*)unt, omnem fortunam matrum conplecti oportet, et (*au*)t iustis tradi dominis, aut libertate frui cum lucis auc(*to*)ribus: cum eorum nulla propria veriorve possit esse defen(*si*)o, quam matrum. Dāt prīd id̄ iūn Sermio. Proviano et Iuliano conss̄. (322)

NOTAE.

Contractis in litem) Quum omnes, quos causa contingebat, in ius vocati iam essent. Ceterum fortasse legendum erat *quidam ita interp.*

Adsertionibus) Servus nequibat causam dicere contra dominum, quare adsertor

SUPPLENDA

ixisseteorumomniumindiciofieratcopiaquodquidem
ita interpraetatisuntutcontractisinlitemomnib.etadser
tio nib.iamordinatiaedprofligatisexactisq.paeneiudiciissi
qu iearumpersonarumquaeinquaestionesuntpartusaccidis
sen tquasiaccessionesabsentiaenecessariaespectataeq.
pe rsonaemnaritemporaiurisessesdfirmantsedcumali
ut sitabessealiutnecdumnatumesseplacuiteosquinaa
cu nturmatrumcondicionib.etiureutiquarummnxuisce
ri b expnnnnturneq.ideoquodnatusquidamesttempora
iu diciirennuariantelitemueronatisnoomnesnominein
qu aestionemuocenturquoniamhnssolosquiinlitemnati
ar untinomoemfortunammatrumconplectioportetet
au tiustistradidominisantlibertatefruicumlucisauo
to rib cumeorumnullapropriauerioruepossitessedefen
si oquammstrum dāt prīd id̄ iun̄ sermioprouianoetiuliano 9ss
Id̄ a a dmaximumpu siquislibertateutentescuiusq.conpotes
in opinatusindiserimeniugenuitatisadducatsieosfor
te adsertiodefeceritcircumductinpraebeaturadserto
ra mquseritituloperlitterasindicautesnecausaper
si lentiumignoreturnelabsurdeetiamproclametorut
q nicomperissentuellentadsererenelcunctantesetiam
co gerenturnisiadsertordefueritnetimultiseossci
e ntib.liberosadnminosducanturideoq sancimussiquis
a dsertorisinopsatq.ignatuscircumlustratisprouin
ci aepopulisdesertustradatureiquiseruumdixeritnm
in fractaseddilatalibertateadsertoreinuentouires
r ecolligatetsuisrenouatisdefensionib.resistatiniu
di ciopossessorisiurepriuilegiisq subnixusquamquā
d edomoilliusprocesseritneq.enimillapossessioest
in tempusacceptissedexpectatioadsertorisintempo
r anonreppertiitantsiinstaurataliterestitutisq.in
s uaiurapartib prolibertatefueritlatasententiainiuri
ae inpudentiaeq.causaaduersariusparinumeroseruorum
tquot
m ulteturqnoderuntquiinseruitutepetitisunthisnerouon
co ndemnaturquiinipsafueritliteprogenitiquodsiquisan
te. adsertoremrepertumnelantesententiamfueritmor
tu usheredib.causamstatusprobantib.multaticiusser
u ustradeturatheredesaiuseiusquilibertatemtemera
b atsiinplacabilemanimumindicanteademmaneatmancipio
tū

	Supplenda
lexatq condiciosiliberossinentquosclausosreppere	*rint.*
occiduntcumpersonisdelictaminorumdefensorum	*ea*
demmanebitmancipiorummultaaciudicioquishisde	*fen*
derantreposcentib.reimalegestaedabituraestimat	*iocum*
idproprioperiosofecerintadsertorutremsaluamf	*ore*
promittitasatisaccipiatdemultaeredhibitionem	*liber*
tatemuictishostib.uictorumdominatioabstulitlege	*sue*
roiniuriosospoenaadfaciuntetfamaspoliantdictu	*m*
q.iniurgioinaduersariuminmodestiuaiaetatumpe	*tu*
lautiusq fusumpoenamsubirecogituratq noneritin	*pu*
nitalabefactatiosdq.oppugnatiolibertatisquaeinconuic	*iis*
quoq puniturintustumestalienusautemadseruumrece	*pis*
actetalteriusseruiabductionecondemnatur dāt XIII K̄ ā	*ūg*
s̄ir prouiano et iuliano ꝯs̄s	
VI.Id̄ ā admaximumpū̄ libertatiamaiorib.tantuminpens	*um*
estutpatrib.quib.iusuitaeinliberosnecisq.potestas	*per*
missaesteripere libertatemnonliceretsiquisquammi	*nor*
uenundatusaetummaioradministrauitquoniammin	*oris*
emptioscientiamnonobligateumadlibertatemuenie	*ntem*
emptionisactusq.admaioreadministratipraescribtiono	*nėdü*
caṫüṙtenebitnecueroillequiaputquempiamproseruo	*edu*
caturacmaioreffectusuendendiuelutidominoadquieui	*tae*
tuq.administratoiampacneeextremamrelegitliberta	*tem*
quoniamneq.maioreffectusoriginemsuamnoueratne	*q.*
eamquamignorauerat uenditionempatiensdeseruisse	*iudi*
candusestminorisimiliseademeemptionisatq.actusad	*mi*
nistratipraescribtionenonallegabitursedutriq.dab	*itur*
adsertiopariaetiaminlibertiniseruntquiquaestuqu	*odam*
ineademrursusseruitutemrelabuntursedearu	*m*
haecexceptionecausadistinguendaestutquiinpubere	*s*
intraannumquartumdecimummanumissiacdeincep	*sin*
seruitioretentiignoratalibertatenonutanturmai	*ores*
q uenundatiaetumgerantadadsertionenonarceau (b)	*tur*
cumilliaetatitributaelibertatisignoratinautobliui	*o*
concessaestquiueromemoriafirmauenditionipost	*fac*
taenonnesciusinnectiturhuiuslegisbeneficiocare	*bit*
etquoniamuicissimetiamipsisquibisremcommiseru	*nt*
medendumestaiquisquamomniumquisuperaconprae	*hen*
sisuntinlibertatemproclamaueritidquodapudsees	

ei dabatur, vide Gothofredum in Paratitlo huius tit. Plurali numero Constantinus scribit *adsertionibus*; uam speciem proponit multorum servorum, seu integrae familiae, de cuius statu quaestio a domino movetur.

Exactisque) Causa ad exitum ita perducta est, atque defensiones adsertorum ita profligatae sunt et refutatae, ut cuivis facile pateat servitutis iugum merito subeundum esse familiae.

Quasi accessiones) Fere considerari possunt ac necessario absentes; ut infantes nondum nati fere accedant conditioni necessario absentium.

Iuris esse) *Iustum esse.*

Et iure) Tribonianus haec verba posthabuit in C. Iustin. l. 42. h. tit.

Neque ideo . . . renovari) Omisit haec verba Tribonianus, quippe qui omiserat priorem Imperatorii rescripti partem, in qua occasio legis ferendae enarrabatur.

Ante litem vero) *Ante vero litem* C. Iustin.

Suo omnes nomine) *Suo nomine omnes.* C. Iustin.

In lite) Erat in Palimps. *litem.*

Omnem) Erat in Palimps. *in omnem.*

Et aut) Deest copula *et* in C. Iustin.

Frui cum) *Cum lucis auctoribus frui.* C. Iustin.

Cum eorum . . . matrum) Haec quoque omisit Tribonianus, cui propositum erat decretum, non decreti causam edere.

Iun) *Iulii* C. Iustin. *Sermio* etc.) Desunt haec in C. Iustin.

COMMENTARIUS.

Huiusce legis pars, quae Imperatorium decretum continet, incipiens a verbis *Placuit eos qui nascuntur* etc. ad finem usque, servata fuit, paucis demtis, a Triboniano in C. Iustin. lib. VII. tit. 16. l. 42; prior vero pars, quae occasionem atque rationem decreti edisserit, inedita erat. Quaestio instituebatur de filiis, qui nascebantur ab ancilla, cuius causa liberalis sub iudice erat. Asserebant nonnulli, si quis partus in lucem editus fuisset ante sententiam a Iudice latam de statu matris, tempora iudicii renovanda esse, atque ex integro causam esse retractandam. Nitebantur porro hisce iuris principiis: 1.° *de unoquoque negotio, praesentibus omnibus, quos causa contingit, iudicari oportet, aliter enim iudicatum tantum inter praesentes tenet*, ut ait Paulus Dig. lib. 42.

tit. 1. l. 47; quare singuli, quorum interest, in iudicium vocandi sunt, iisque iudicii copia facienda est: a.° absentia alia dicitur voluntaria, alia necessaria, ei, qui necessario abest, ius concedit restitutionem in integrum (vide Cod. Justin. tit. *de in integr. restit.*) vel post causam iudicatam. Hisce positis, ita secum ratiocinabantur. Infans in utero ancillae adhuc positus vere existit, sed quodammodo dici potest necessario absens; editus autem in lucem ante latam sententiam est *spectata persona*, seu causa eum quoque contingit: itaque ipse etiam in ius vocandus est, libertatis adsertor ei quoque concedendus. Merito tamen Imperator respondit *aliud esse abesse*, *aliud necdum natum esse*; quapropter placere *eos*, *qui nascuntur* et cetera legis verba, quae abunde Iurisconsulti interpretati sunt. Hanc itaque legem tulit Constantinus, ut occurreret praeposterae interpretationi a nonnullis excogitatae verborum alterius legis, in qua fortasse eae voces legebantur *eorum omnium iudicio fieret copia*. Coniicio enim primam fragmenti vocem ita supplendam esse *dixisset*.

(*V. Idem A a*)d Maximum PU

Si quis libertate utentes, eiusque conpotes, (*in*)opinatos in discrimen ingenuitatis adducat; si eos for(*te*) adsertio defecerit, circumductio praebeatur, adserto(*re*)m quaeri titulo per litteras indicantes, ne causa per (*si*)lentium ignoretur, vel absurde etiam proclametur, ut (*q*)ui comperissent vellent adserere, vel cunctantes etiam (*co*)gerentur: ne, si adsertor defuerit, vincti, multis eos sci(*e*)ntibus liberos, a dominis ducantur. Ideoque sancimus, si quis (*a*)dsertoris inops, atque ignotus, circumlustratis provin(*ci*)ae populis, desertus tradatur ei, qui servum dixerit, non (*in*)fracta sed dilata libertate, adsertore invento, vires (*r*)ecolligat; et suis renovatis defensionibus, resistat in iu(*di*)cio,

possessoris iure privilegiisque subnixus, quamquam (*d*)e domo illius processerit. Neque enim illa possessio est (*in*) tempus accepti, sed expectatio adsertoris in tempo(*r*)e non repperti. Ita ut, si, instaurata lite, restitutisque in (*s*)ua iura partibus, pro libertate fuerit lata sententia, iniuri(*ae*) inpudentiaeque causa adversarius pari numero servorum (*m*)ultetur, quotquot erunt, qui in servitute petiti sunt; his vero non (*co*)ndemnantur, qui in ipsa fuerint lite progeniti. Quod si quis an(*te*) adsertorem repertum, vel ante sententiam, fuerit mor(*tu*)us, heredibus causam status probantibus multaticius ser(*v*)us tradetur: et heredes eius, qui libertatem temera(*b*)at, si inplacabilem animum indicant, eadem maneat mancipiorum lex atque condicio: si liberos sinent, quos clausos reppere(*rint*), occidunt cum personis delicta. Minorum defensorum (*ea*)dem manebit mancipiorum multa: ac iudicio his, quos de(*fen*)derant, reposcentibus rei male gestae dabitur aestimat(*io. Cum*) id proprio periculo fecerit adsertor, ut rem salvam f(*ore*) promittat, ita satis accipiat de multae redhibitione. (*Liber*)tatem victis hostibus victorum dominatio abstulit: lege(*s ve*)ro iniuriosos poena adficiunt, et fama spoliant, dictu(*m*)que in iurgio in adversarium inmodestius iactatum pe(*tu*)lantiusque fusum poenam subire cogitur: atque non erit in(*pu*)nita labefactatio adque oppugnatio libertatis. Quod in convi(*ciis*) quoque punitur iniustum est: alienus autem ad se servum rece(*pis*)set: et alterius servi abductione condemnatur. Dat XIII Kal a(*ug*) Sirmio. Probiano et Iuliano conss. (322)

NOTÆ.

Edita in Cod. Theod. h. tit. l. 1.

Eiusque) Palimps. *cuiusque*. *Inopinatos*) Palimps. ***opinatus*.

Indicantes) *Iudicante* C. Theod.

Vellent) Ita etiam Cod. Wurceburg. Editio *velint*.

Ne si) Palimps. *nisi*.

Vincti) Ita multi codd. et edd. Recte *vincti ducantur*. Si enim nullus adsertor se coram iudice sisteret, dominus vinctos abducebat servos.

Dominis) Palimps. *Dominos*.

Ducantur) Ita Cod. Wurceburg. Sichard. et Cuiac. *Deducantur* Ed. Gothofr.

Adsertoris inops) Verissima lectio. *Assertore inops* Edit.

Ignotus) Palimps. prima manu *ignatus*.

De domo) *E domo* Edit. *Accepti*) Palimps. *acceptis*.

Quotquot) Ita secunda manu supra lineam emendavit Palimps. *Quot* Edit.

Servitute) *Servitutem* Edit. rectius. *His vero*) *Iis vero* Edit.

Condemnantur) Ita Edit. Palimps. *condemnatur*.

Fuerint) Palimps. *fuerit*. Edit. *fuerunt*.

Tradetur) *Traditur* Edit.

Si inplacabilem) Palimps. triplici *i* legit *siiinpl*.

Indicant) Ita cum Cod. Wurceburg. luculenter legit Palimps.

Si liberos) *Sin liberos*. Particula *sin* pro *quodsi* recentioribus amanuensibus placuit; veteres usurpabant *si*, quà de re dixi ad *Fragm. Ciceronis*.

Occidunt) Edit. *occidant*, sed sphalma operarum credo; vide enim Gothofr. In Comment.

Defensorum) Non male; sed recte Editio *defensores . . . manebit*.

His quos) Palimps. *quis his* *Fecerit*) Palimps. *fecerint*.

Promittat) Palimps. *promittit*. *Redhibitione*) Palimps. *redhibitionem*.

Adficiunt) Palimps. *adfaciunt*.

In iurgio) In Edit. desideratur *in*. Quidquid inter iurgandum dictum sit.

Cogitur) *Cogent* Edit.

Conviciis) Ita supplevi pro edito *convictis*; respondet superiori *in iurgio*. Ceterum in Palimpsesto erat *quae in convi*** . . . autem ad servum*. Reposui *quod in conviciis . . . ad se servum*, atque mutavi interpunctionem loci multis mendis in Editione, atque in codicibus labefactati. Constantinus syllogismo

suam legem claudit. *Quod in conviciis punitur iniustum est*; en maiorem propositionem. *Atqui alienus* (ad quem servus non pertinebal) *ad se servum recepisset*, si nullus adsertor ei obstitisset; en minorem. *Ergo et alterius servi abductione condemnatur*, merito scilicet pati debet abductionem alterius servi. Summopere erravit Gothofredus legens addictione. Cum Palimpsesto paene concinit codex Wurceburgensis.

XIII) Ita luculenter in Palimps. Aliter Edil. nempe *XII*.

VI. Idem A̅ ad Maximum P̄Ū.

Libertatis a maioribus tantum inpens(*um*) est, ut patribus, quibus ius vitae in liberos necisque potestas (*per*)missa est, eripere libertatem non liceret. Si quisquam mi(*nor*) venundatus actum maior administravit, quoniam min(*oris*) emptio scientiam non obligat, eum ad libertatem venie(*ntem*) emptionis actusque a maiore administrati praescribtio no(*n*) tenebit. Nec vero ille, qui aput quempiam pro servo (*edu*)catur, ac maior effectus vendenti veluti domino adquievi(*t*, *ac*)tuque administrato iam paene extremam relegit liberta(*tem*): quoniam neque maior effectus originem suam noverat, ne(*que*) eam, quam ignoraverat, venditionem patiens deseruisse (*iudi*)candus est: minori similis eadem emptionis atque actus ad(*mi*)nistrati praescribtione non alligabitur, sed utrique dab(*itur*) adsertio. Paria etiam in libertinis erunt, qui quaestu qu(*odam*) in eandem rursus servitutem relabuntur. Sed eoru(*m*) hac exceptione causa distinguenda est, ut qui inpubere(*s*) intra annum quartumdecimum manumissi, ac deincep(*s in*) servitio retenti, ignorata libertate

non utantur, mai(*ores*)que venundati actum gerant, ab adsertione non arcean(*tur*): cum illi aetati tributae libertatis ignoratio aut oblivi(*o*) concessa est. Qui vero memoria firma venditiòni post (*fac*)tae non nescius innectitur, huius legis beneficio care(*bit*). Et quoniam vicissim etiam ipsis, qui his rem commiseru(*nt*), medendum est; si quisquam omnium, qui supra conpre(*hen*)si sunt, in libertatem proclamaverit, id, quod apud se es * * * * * *

NOTÆ.

Edita in Cod. Theod. l. 2. h. tit.
A maiore) Palimps. *ad maiore*.
Educatur) *Educatus* Edit.
Vendenti) Palimps. *vendendi*.
Ignoraverat) *Ignorabat* Edit.
Alligabitur) Palimps. *allegabitur*.
In eandem) Palimps. *in eadem*. Editio *in eandem servitutem rursus*.
Sed eorum) Palimps. *sed earum*.
Ab adsertione) Amanuensis scripserat *ad* tum supra lineam emendavit *ab*.
Aut oblivio) Editio perperam *ut oblivio*.
Qui his rem) *Qui rem his* Edit. Paullo infra Palimps. *supera* pro *supra*.

SUPPLENDA

I K sept serd const a VII et constantio c ꝯss

Id a qua ecumq.mulierumposthanclegemseruicontuernio
sem iscneritetnonconuentaperdenuntiationessicutinsseta
tue batantiquumstatumlibertatisamittat dat prid non oct
bas so et ablabio ꝯss

Imp i ulius a secundoppo senatusconsultusclandianumfir
mu mesvecensemusomnib.constitutionib.q.contraidlatae
sun tpoenitusinfirmatisutliberamalierisibeprocurato
r isiueactoripriuatosinealiiquoslibetseruilicondicione
pol lutofueritsociatanonaliterlibertatemamissanexucon
dic ionisdeterrimaeadstringaturnisitriniafueritdenun
tiat lonib.exiurepulsataquodquidemcircapriuataspersonas
con uenitobseruarinameasmulieresquaefiscalib.uelciuita
tiss eruissociantaradhuiussanctionisauctoritateminima
per tineresancimus dat et pp in foro traiani VIII id den
ma mertino et neuitta ꝯss

Imppp ualanus ual et grat aaa adsecundumppo slapudlibi
din osammulieremplusualuitcupidasquamlibertasancil
laf actaestnunuellunonpraemiosedconubioitauteius
filiiiu goseruitutissubiaceantmanifestumesteniman
cillam esseuoluisseeamquamliberamessepenituit dat
p rid non april triu grat nb et dagalaifo ꝯss

Im pp arcad et hon aa anatolium pf illyricicunctiprouin
cia lesagnoscantnisitrinisliberaefeminaeseruorumcon
sor tiisarceaturnullomodoposseeasadseruitiumdeti
ne ri dat non mart constp hon a IIII et eutychiano ꝯss

* * * * * * * * * * * * * * * *

Imp constantinus a adiuniumrufumconsularemaemili
aep oenisillumuectigaliamanereoportetquisuperiorinli
cit ationeextiteritautnonminusquamtriennlifinelocatio
co ncludaturneeullomodointerrumpaturtempusexi
gen disuectigalib.praestitutumqnuperactotemporelicita
tio numiuraconductionumquaerecreariopportethacsimi
lim odoaliisconlocaricapitalisententiasubiugandoquem
plu saliquidquamstatutumestaprouincialib.exegisseeons
tite rit dat K iul crispo II et constantino c ꝯss

Id a menandrouniuersiprouincialisprohisreb.quasadu
su mpropriumueladfiscuminferuntuelexercendiruris
gra tiareuehuntnullauectigalstationariisexigantureauero

	Supplenda
quaeextrapraedictiscausasuelnegotiationisgrati	*aportan*
tursolitaepraestationisubiugamus dat III id iul	*crispo*
II et constantino css	
III Id a menandrorusticanonsib.propriisuelculturaeruris	*neces*
sariareuchenteauectigalexiginonsinimuscapitalipoe	*napro*
positastationariiseturbanismilitib.ettertiisaugustan	*isquo*
rumauaritiaidtemptarifirmaturproceterisautem	*reb.*
quasquaestusgratiaconparantuendituri solitumu	*por*
tetuectigalagnoscere dat K aug crispo II et constantin	*o css*
IIII Imp constantius a adprocliauum proc afric praestatio	*uec*
ctigalismaximamcontineusutilitatemtautadebeld	*iligen*
tiacustodiriutadsiduislicitationib sumataugmentum	*gra*
uitasigitortuauetustatepraestationisaugmentauirib.	*dein*
detitulisuectigaliumseruariiubebit dat XIII K feb	*med*
constantio a VIII et iuliano c css	
V Id a ad martiniauum uic afric diualib.iussisaddimusf	*irmi*
tatemetuectigaliumquartamprouincialib eturbib.af	*rica*
nishacrationeconcedimusutexhismoeniapublicares	*tau*
renturuelsarcientib.tectissubstantiaministretur	*data*
epistulaad uc uic prid id iul esliodatianoetcere	*ale css*
VI Imppp ualauus ual et grat aaa adarchelaum com orient	*isex*
praestationeuectigaliumnulliusomninonominequ	*ic*
quamminuaturquinoctauassolitaeconstituasom	*ne*
hominumgenusquodcommerciisuolueritinteress	*ede*
pendatnullasuperhocmilitariumexceptionefacien	*da*
pp beryto IIII K feb post css uatani et ualentis aa css	
VII Id aaa ad constantium proc afric exreditib.reipublicae	*om*
niumq.titulorumadsingulasquasq.pertinentiumc	*iuita*
tesduaepartistotiuspensionisadlargitionesnostras	*deuo*
niautterciaprobabilib.ciuitatumdeputeturexpens	*is dat*
VII id sept mobontiacl pc grat a III et aequit uc css.	
VIII Imppp grat ualauus et theod aaa palladio c s l alegatis	*gen*
tiumdeuotarumexhistantumspecieb.quasdelocispr	*opriis*
conuenituthancdeportatoctauariuectigalaccipia	*ntquas*
ueroexromanosoloquaesunttamelegeconcessa	*eadpro*
priadeferunthashabeantapraestationeimmunesacl	*iberas*
dat prid non iul constp acc XII K aug syagrio et eucherio	*css*
VIIII Id aaa palladio c s l ad uc aegypti com litterasdedimusco	*mmit*
tentesutsciantusurpationemtotiuslicentiaesubm	

Lib. IIII.

I. K̄ sept̄. Serdicae Constantino Ā VII et Constantio C̄ conss̄.

Imp̄ Constantinus

(*Qua*)ecumque mulierum post hanc legem servi contubernio (*se mi*)scuerit, et non conventa per denuntiationes, sicut ius sta(*tue*)bat antiquum, statum libertatis amittat. Dāt prīd nōn oct̄ (*Bas*)so et Ablabio conss̄. (331)

COMMENTARIUS.

Haec pertinent ad lib. IIII. tit. IX, qui de Senatus consulto Claudiano agit. Lex superior, cuius vix postrema verba epocham notantia supersunt, data fuerat a Constantino; eidem Imperatori haec quoque debetur. Statuerat Claudianus, ut quae mulier ingenua concubuisset cum alieno servo, invito domino, si dominus ter denunciasset seu prohibuisset septem testibus civibus Romanis praesentibus, illa post iudicis sententiam in servitutem redigeretur domini, cuius servum pellexerat. Porro ex hac lege vides trinam denunciationem sublatam fuisse a Constantino; eo enim pertinent verba *et non conventa*, seu, etiam non conventa. Nimiam hanc severitatem, quam fortasse effrenatior mulierum libido in dies crescens persuaserat Constantino, iterum temperat Iulianus sequenti lege, quae ius antiquum restituit.

(*Imp I*)ulianus Ā Secundo P̄P̄o

Senatus Consultum Claudianum fir(*mu*)m esse censemus, omnibus Constitutionibus, quae contra id latae (*sun*)t, poenitus infirmatis: ut libera mulier, sive Procurato(*r*)i, sive

Actori privato, sive alii quoilibet servili condicione (*pol*)luto, fuerit sociata, non aliter, libertate amissa, nexu con(*dic*)ionis deterrimae adstringatur, nisi trinis fuerit denun(*tiat*)ionibus ex iure pulsata. Quod quidem circa privatas personas (*con*)venit observari. Nam eas mulieres, quae fiscalibus, vel civita(*tis s*)ervis sociantur, ad huius sanctionis auctoritatem minime (*per*)tinere sancimus. Dat et PP in foro Traiani VIII id dec (*Ma*)mertino et Nevitta conss. (362)

NOTÆ.

Extat in Cod. Theodosiano lib. IV. tit. IX. l. 4. vide Gothofredi Commentarium.

Secundo) *II* ita editio numerum pro nomine proprio scribens.

Senatus consultum) Ita Edit.; Codex *Senatus consultus.*

Mulier sive) Ita Edit.; Codex *mulieri sibe.*

Quoilibet) Ita emendavi, cum esset in Cod. *quoslibet.* Editio *cuilibet.*

Libertate) Ita Edit.; Codex *libertatem.*

Auctoritatem minime) Ita Edit.; Codex *auctoritateminime.*

VIII id. dec) Ita Codex; Cuiacius *V id. dec*; Gothofredus *Id. Decemb.*

(*Imppp*) Valentinianus, Valens, et Gratianus AAA ad Secundum PPo

Si apud libi(*din*)osam mulierem plus valuit cupiditas, quam libertas, ancil(*la f*)acta est non bello, non praemio, sed connubio; ita ut eius (*filii iu*)go servitutis subiaceant. Manifestum est enim an(*cillam*) esse voluisse eam, quam liberam esse poenituit. Dat (*p*)rid non april Triveris. Gratiano NB et Dagalaifo conss. (366)

NOTÆ.

Extat in Cod. Theodosiano lib. IV. tit. IX. l. 6. ibique vide Gothofredum.
Cupiditas) Ita Edit.; Codex *cupidas*.
Ancilla) Ita Codex; Edit. perperam *nulla*, quod operarum erroribus deputo.
Bello) Codex *uello*.

(*Im*)pp Arcadius et Honorius AA
(*ad*) Anatolium PF Illyrici

Cuncti provin(*cia*)les agnoscant, nisi trinis (*denuntiationibus*) liberae feminae servorum con(*sor*)tiis arceantur, nullo modo posse eas ad servitium deti(*ne*)ri. Dat non mart Constp Honorio A IIII et Eutychiano conss. (398)

NOTÆ.

Extat in Cod: Theodosiano lib. IV. tit. IX. l. 7. ibique vide Gothofredum.
Ad) Praepositionem addidi quae desiderabatur in Codice; idem dic de voce *denuntiationibus*.
Arceantur) Ita Edit.; Codex *arceatur*.
Non) Ita Codex; Edit. *II. Non*.

(*De Vectigalibus et Commissis*)

(*I Imp*) Constantinus A

ad Iunium Rufum Consularem Aemili(*ae*)

(*P*)enes illum vectigalia manere oportet, qui superior in li(*cit*)atione extiterit, ita ut non minus, quam triennii fine

locatio (*co*)ncludatur, nec ullo modo interrumpatur tempus exi(*gen*)dis vectigalibus praestitutum: quo peracto tempore, licita(*tio*)num iura conductionumque recreari oportet, ac simi(*li m*)odo aliis conlocari: capitali sententia subiugando quem (*plu*)s aliquid, quam statutum est, a provincialibus exegisse cons(*tite*)rit. Dāt K̄ iūl Crispo II et Constantino C̄ conss. (321)

NOTÆ.

Titulus est in Codice evanidus; sed leges manifeste ad titulum *de Vectigalibus* pertinent. Inter superiorem titulum, atque hunc *de Vectigalibus* inseruntur in editione duo alii tituli; ergo ordo titulorum fuit a breviatore Alariciano turbatus.

Lex edita in Cod. Theodosiano lib. IV. tit. XII. l. unic., et in Iustinianaeo lib. IV. tit. LXI. l. 4. Adi sis Gothofredum ad l. l.

Rufum) Edit. Theod. habet *Rufinum*; sed nostro codici adstipulantur Iustinianus et Anianus Andegavensis.

Conductionumque) Ita etiam Iustinianus; editio Theod. *conductionemque*.

Ac simili) Codex *hac simili*; Iustin. *ac simili*; Edit. Theod. *et hanc simili*.

Subiugando) Edit. Theod. *subiugandum* perperam.

K̄ iūl) Edit. Theod. et Iustin. *X Kalend. Iul.*; sed Mssti omnes Gothofredi, et Codex Wurceburgensis nostram lectionem confirmant.

(*II Idem Ā*) Menandro

Universi provinciales pro his rebus, quas ad u(*su*)m proprium, vel ad fiscum inferunt, vel exercendi ruris (*gra*)tia revehunt, nulla vectigalia a stationariis exigantur. Ea vero, quae extra praedictas causas, vel negotiationis grati(*a portan*)tur, solitae praestationi subiugamus. Dāt III id̄ iūl (*Crispo*) II et Constantino conss. (321)

NOTÆ.

Extat in Cod. Iustin. lib. IV. tit. LXI. l. 5. Lex apertissima non indiget interpretatione.

Provinciales) Palimps. *provincialis.*

Nulla vectigalia n stat.) Erat in Palimpsesto *nulla vectigal stationariis*; ita emendavi, ut verba *Universi Provinciales* pro nominativo absoluto habeantur. Codex Iustinianus *nullum vectigal a stationnriis.*

Praedictas) Palimps. *praedictis.*

Dāt etc.) Desiderantur in Cod. Iustin.

III Idem Ā Menandro

Rusticani usibus propriis, vel culturae ruris (*neces*)saria revehentes vectigal exigi non sinimus: capitali poe(*na pro*)posita stationariis, et urbanis militibus, et Tertiis Augustan(*is*, *quo*)rum avaritia id temptari firmatur. Pro ceteris autem (*rebus*), quas quaestus gratia conparant vendituri, solitum o(*por*)tet vectigal agnoscere. Dāt Kāl aūg Crispo II et Constantin(*o couss̄*) (321)

NOTÆ.

Inedita

Menandro) Quamvis Menander nullo dignitatis titulo distinguatur, patet tamen ex verbis *Tertiis Augustanis*, illum Africae praefuisse, seu, uti fert coniectura Gothofredi (in *Prosopographia* C. Th. ad v. *Mennnder*), Praefecturam Praetorio Italiae gessisse; sed vide paullo infra.

Rusticani) Erat in Palimpsesto *rusticnno*; restitui nominativum absolutum, non secus ac in superiore lege. Vocem *rusticanum* vide in l. unic. tit. XI. lib. XI. Cod. Theod.

Capitnli poenn) Haec verba, quae legis sanctionem continent, ita conlunxerat Tribonianus in Cod. Iustin. cum superiore lege: *solitae praestationi, vel pensitntioni subiugamus: cnpitali poena propositn stationariis, et urbanis militibus, et caeteris personis, quorum avaritia id tentari firmatur.*

Tertiis Augustanis) De militia *Tertio Augustanorum*, quae erat sub Comite

Africae confer Panciroli *Notit. dignit. utriusque Imper.* cap. 22. imp. Occid.; iam, si vera est Palimpsesti lectio, milites dicebantur *tertii Augustani*. Quare fortasse rectius coniici potest Menandrum fuisse Comitem Africae. Tribonianus, ne poenalem sanctionem intra Africae fines concludere videretur, pro *Tertiis Augustanis* scripsit *ceteris personis*.

Oportet) Revera prima vocabuli littera est *e*, ita tamen, ut ad *o* pendere videatur, quare supplevi *oportet*.

COMMENTARIUS.

In superiore lege Constantinus a vectigalibus solvendis exemerat res, quas quis vel ad usum proprium deportat, vel ad fiscum, vel exercendi ruris gratia. In hac vero lege posteaquam paria iussit, capitalem poenam statuit in eos, qui exemtos vellent cogere ad vectigalia pendenda.

IIII Imp̄ Constantius Ā
ad Proclianum Proconsulem Africae

Praestatio (*vec*)tigalis maximam continens utilitatem tanta debet d(*iligen*)tia custodiri, ut adsiduis licitationibus sumat augmentum. (*Gra*)vitas igitur tua, vetustate praestationis, viribus (*dein*)de titulis vectigalium servari iubebit. Dat̄ XIIII Kāl februar (*Med*) Constantio Ā VIII et Iuliano C̄ conss. (356)

NOTÆ.

Inedita

Proclianum) Proclianus Proconsul Africae sub Constantino anno 354. iam innotescebat ex lib. XI. tit. 36. l. 10. C. Theod.

Gravitas) Ita mutilam vocem supplevi; Gravitatis enim nomine donatum vidi Proconsulem l. 3. *ad l. Corn. de falso*.

Vetustate praestationis) Aliquid deest; fortasse erat *vetustatem praestationis novis viribus, deinde titulis* etc.

Mediolani) Deerat nomen urbis in Codice; Mediolani fuisse per hos menses Constantium vide Gothofredum in *Chronologia Cod. Theod.* ad ann. 356.

COMMENTARIUS.

Vectigalia solebant ad hastam licitari, eorumque locatio in quinquennium a Censoribus concedebatur. At Constantinus l. 1. huius tit. iussit, non minus, quam triennii fine, locationem concludi. Indicum tamen vel avaritia, vel gratia, posthabita Constantini lege, ultra triennium concedebat vectigalia locatoribus; quare adsiduas licitationes praecipit hac lege Constantius, ne scilicet iudices triennium elabi paterentur, quin nova licitatione instaurarent cum vires, tum titulos vectigalium. Vires; quatenus maioris locari poterant vectigalia. Tituli; quandoque enim aliqui praestationum tituli in desuetudinem abibant. Cave ne novos praestationum titulos credas a iudicibus propositos; contrarium enim cavebatur legibus tit. LXII. lib. IV. C. Iustin.

V. Idem A̅ ad Martinianum Vicarium Africae

Divalibus iussis addimus f(*irmi*)tatem; et vectigalium quartam provincialibus et urbibus Af(*rica*)nis hac ratione concedimus, ut ex his moenia publica res(*tau*)rentur, vel sarciendis tectis substantia ministretur. (*Data*) epistula ad V̅C̅ Vicarium pr̅id id̅ iu̅l. Cilio. Datiano et Cere(*ale conss̅.*) (358)

NOTÆ.

Inedita.

Martinianum) Ad Martinianum Vicarium Africae sub Constantio anno 358. datae sunt leges 44. 45. 46. *de Decurion.*

Sarciendis) Palimps. *sarcientibus.*

Data) Idest reddita fuit epistola; paria vide exempla l. 6. *de cohortal.*, l. 2. de *murilegulis*; hoc enim anno Constantius Sirmii erat.

Cilio) Obscurum oppidum Africae, quod ex Itinerario Antonini vix innotescebat (vide etiam Cellarium *Notit. Orb. Antiq.* II. 892. 894); hoc in oppido reddita fuit Martiniano epistola.

15

COMMENTARIUS.

Vectigalia instituebat vel Princeps, vel unaquaeque civitas, consultis Principibus, vid. lib. IV. tit. LXII. l. 3. Cod. Iustin. Horum pars in fiscum inferebatur, pars etiam concedebatur civitati ad usum proprium, et functiones Curialium ordinum, seu, uti est in lege Arcadii (lib. IV. tit. LXI. l. 10), *ad angustiarum suarum solatia.* Quota vero pars ab Imperatoribus permitteretur unicuique civitati, colligitur ex hac lege; in qua Constantius quartam vectigalium partem concedens Africanis urbibus, ait, se Divalia iussa, nempe leges superiorum Principum confirmare. Progressu vero temporis tertia praestationum parte donatas fuisse civitates, vide l. 18. 32. 33. *de operib. publicis*. et paullo infra. l. 7. nec non l. 13. *de vectigalib.* Cod. Iustin.

VI. Imppp Valentinianus, Valens, et Gratianus AAA ad Archelaum Comitem Orient(*is*)

(*Ex*) praestatione vectigalium nullius omnino nomine qu(*ic*)quam minuatur, quin octavas solite constitutas om(*ne*) hominum genus, quod commerciis voluerit interess(*e*, *de*)-pendat: nulla super hoc militarium exceptione facien(*da*). PP Beryto IIII Kal febr post consulatum Valentiniani et Valentis AA conss. (365)

NOTAE.

Edita in Cod. Iustin. l. 7. *de vectigalibus.* Gothofredus hanc legem coassandam esse censet cum l. 2. *de fisci debitoribus* (vide eum ad h. l. 2.); sed obstat annus, illa enim anno 369. data fuit, nostra anno 365. desinente. Rectius Gothofredus hanc legem comparasset cum l. 3. *de immunitate* eodem hoc anno data a Valentiniano, qui immunitati a vectigalibus consulendum esse censuit.

Solite) Palimpsestus *solitae*; Cod. Iustin. *more solito.*

Constitutas) Palimps. *constituas.*

Militarium) Cod. Iustin. *militarium personarum.*

PP etc.) Haec desiderantur in Cod. Iustin.

VII. Idem AAA ad Constantium Procons. Africae

Ex reditibus reipublicae, (*om*)niumque titulorum ad singulas quasque pertinentium c(*ivita*)tes, duae partes totius pensionis ad largitiones nostras (*deve*)niant, tertia probabilibus civitatum deputetur expens(*is. Dat*) VII id sept. Mogontiaci post consulatum Gratiani A III et Aequitii conss. (375)

NOTAE.

Inedita

Constantium) Ad eundem anno superiore data est l. 33. *de cursu publico*; ignorabatur tamen eius dignitas, eumque Gothofredus suspicabatur esse rectorem provinciae alicuius *per Gallias.*

Partes) Palimpsestus *partis.*

Mogontiaci) Palimpsestus *Mobontiaci.* Auctore Ammiano Marc. lib. XXX. c. 5. Valentinianus per continuos tres aestivos huius anni menses apud Carnuntum in Pannonia versatus, arma parabat et alimenta, invasurus Quados. Patet vero ex hac lege Mogontiacum quoque contendisse saltem ad paucos dies, certe, ut nova subsidia in Gallis etiam compararet.

Aequitio) Ita cum diphthongo legitur apud Fabrettum. *Inscript.* p. 666. et in Chron. Alexandr.

COMMENTARIUS.

En apertissimam legem a me paulo supra ad l. 5. commemoratam, qua tertia vectigalium pars usibus civitatum conceditur. Iam ante hunc annum obtinuisse hanc praestationis partitionem evincit l. 18. *de operib. publicis*, quae anno superiore data VII Kal. febr., commemorat tertiam pensionis partem in operum publicorum exaedificatione impendendam esse. Primus tamen Valentinianus videtur ampliorem hanc partem solemni lege largitus civitatibus; Arcadius enim l. 33. *de oper. publicis* auctoritatem Valentiniani proponit his verbis: *Singuli igitur Ordines civitatum ad reparationem moenium publicorum nihil sibi amplius noverint praesumendum, praeter tertiam portionem . . . canonis . . . sicut divi Parentis nostri Valentiniani senioris deputavit auctoritas.*

VIII. Imp̄p̄p̄ Gratianus, Valentinianus, et Theodosius ĀĀĀ Palladio Comiti Sacr. Largitionum.

A legatis (*gen*)tium devotarum ex his tantum speciebus, quas de locis pr(*opriis unde*) conveniunt, huc deportant, octavarii vectigal accipia(*nt*; *quas*) vero ex Romano solo, quae sunt tamen lege concessa(*e*, *ad pro*)pria deferunt, has habeant a praestatione immunes ac l(*iberas*). Dāt p̄rid nōn iūl Consītp. Accepta XII Kāl aūg Syagrio et Eucherio (*cons̄s*) (381)

NOTÆ.

Edita in Cod. Iustin. lib. IV. tit. LXI. l. 8.

Propriis unde conveniunt huc deportant) Erat in Palimpsesto *pr . . . convenit ut hanc deportat*; emendari poterat *propriis convenit, ut huc deportent*; sed longe probabilior est textus codicis Iustinianaei; vel eo maxime, quod haec lex his verbis commemoratur ab Harmenopulo lib. II. tit. V. 19. in collect. Meermanniana; *Ὅσα οἱ πρεσβευταὶ τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν ἐπιφερόμενοι παραγίνονται, εἰ μὲν ἀπὸ τοῦ ἔθνους αὐτῶν πρὸς Ῥωμαίους ἤγαγον* κ. τ. λ.

Dāt p̄rid etc.) Haec desiderantur in Cod. Iustinian.

VIIII. Idem AAA Palladio Com. Sacr. Larg.

Ad virum clarissimum Aegypti Comitem litteras dedimus co(*mmit*)tentes, ut sciant usurpationem totius licentiae subm...

NOTA.

Ineditae legis fragmentum.

Supplenda	
exba	rharorumpraedaetereptismannhiisnosterprouin
ciali	epromeruissedomumsuamreportaretitautquoscum
q.libe	rtateconspicuusautseruusuelaliamtraxitoeldein
ceps	asuissedih.hostisdepuleritsiinteecaeodepulsodefen
dipo	tnerintminimesobdetestandaepraedeoccasionetenean
turs	edindicariusuigorliberosquidempatrilsnatuealih.ser
uosa	utemdominosproreeentilegisinteecessioneconsig
netd	at X Kal april hon VIII et theod III aa css
Id aa a	nthemio ppo scyrasbarbaramnationemmaximis
tyran	norumquib seenninnxeruntcopiisfusisimperionos
tro	subegimusideoq damusomnib copiaexpraedictage
nte	hominumagrospropriosfrequentandiitautomnes
scian	tsusceptosnonalioiurequamcolonatusaputsefutu
rosn	ulliq.liceceexhocgenerecolooorumabeocuise
mei	adtributifuerintuelfraudemaliquaohduoerenel
fugie	ntemsusciperepoenapropositaqnaereoipientes
alieni	scensib.adscrihtosuelnonproprioscolonosin
sequ	ituroperaautemeornmterrarumdominilibera
essesciant	acnollussubactaperaequationeuelcensul
subi	aoeantnulliq.liceatuelutdonatoreosaiureoensue
inse	ruitntemtrahereurbanlsueobsequiisaddicera
porro	intrabienniunisuselpientib.liceatproreifrumen
tari	seaognstiisinqnib llbetprouineiistransmarinis
tant	ummodoeosretinereetposteainsedesperpetuas
fundol	ocareapartib.trachiaeuelillyricihabitationeeorum
peni	tusprobibendaetintraquinquenniumdumtaxatintra
eius	demprouinciaefinesoorumtraductioneproutlibne
ritco	ncedendaiuniorumquoq.inteapraedictosuigintian
nosp	rasbitioneccessanteitantperlibellosaedemtuamade
antet	hisquiuoluerintpertransmarinasprouinciaseorum
distri	butioflat dat prid id april constp hon VIII et theod III css.
	* * * *
Impppu	alanus ual etgeat aaa adseuerianumducemsiquosfor
tenece	ssitasceptiuitatisabduxitsciautsinontransierunt
sedho	stilisinruptionisnecessitatetransductisuntadpro
prias	terrasfestinaredebererecepturosiurepostlimini
eaq.inag	risuelmancipiisantetenueruntsiuealisconostro
possi	deantursiueinaliqnemprincipaliliberalitatetrans
fusas	untnectimeatquisquamalicuiuscontradictionismoram

	Supplenda
cumhocsolumrequirendumsitutrumaliquiscumbar	*baris*
noluntatefueritaucoactus dat XII Kal iul remis grat a et	*dagal vso.*
II Impp hon et theod aa theodoro ppo diuersarumhomines	*prouin*
ciarumcuiuslibetsexuscondicionisaetatisquosbar	*bari*
caferitsscaptiuanecessitatetransduxeratinuitone	*more*
tineatsedadpropriaredirecupientib.liberasitfacu	*ltas*
quib.siquicquaminusumuestiumuelalimoniain	*pen*
sumesthumanitatisitpraestitumuecmanestui	*ctualis*
sumptusrepetitioexceptishisbarbarisquosuende	*ntib.*
emptosessedocebiturasquib.statussuipraetiump	*ropter*
ntilitatempublicamemptorib.aequumestredhibe	*rine*
quandoenimdamniconsideratiointalinecessitate	*positis*
negarefaciatemptionemdecetredemptosautdatumpr	*osepre*
tiumemptorib.restituereautlaboreobsequionelop	*erequin*
quenniiuicemreferrenbeneficiihabiturosincolum	*emsi*
iueauatisuutlibertatereddanturigitursedib.pro	*priis*
submoderationequaiusiussimusquib.iurepostli	*minii*
etiamueteromresponsisiucolumiacunctaserua	*tasunt*
siquisitaq.huicpraeceptofueritconatusobsis	*tereactor*
conductorprocuratordarisemetalliscompoena	*depor*
tationisnouambigatsiueropossessionisdominire	*msuam*
fisconoueriutuindicandoseq deportaudumetulf	*acilis*
exsecutioprouauiatchristianusproximorumloc	*orum*
uolumashuiosreisollicitudinemgererecuriale	*squoq.*
proximarumciuitatumplacuitadmoneriutemer	*gen*
tib.talib.causisscisutleginostraeauxiliumdef	*eren*
dumitantnoueriutrectoresuniuersidecemlibras	*au*
riasecttautumdemasuisapparitionib.exigendumsip	*raecep*
tumueglexerintdat id dec rau hon VIII ettheod III ↄ	*ss.*
* * * *	
I Imp constantiuus a aduolusianumuuiuersideuot	*ionisstu*
diocontendantsiquosingenuisnatalib.procreatos	*subty*
rannoingenuitatemamisisseautpropriscontent	*icons*
scientiaautaliorumindiciisrecognoscuntnatalib.	*suisres*
tituerenecexpectataiudicialuterpellationemna	*msiquis*
contraconscientiamsuamuelcertissimamtestim	*onia*
plurimoruminesdemauaritiaetenacitateperm	*anserit*
siuerissimampoensmultabiturplacetauteme	*tiameos*
periculosubiudariquiscientesingenuosscrult	

(*LIBER V*)

(*TITULUS IV*)

(*De bonis militum*)

(*Impp Honorius et Theodosius*)

. . . (*concessum est, ut quidquid ex ba*)rbarorum praeda et ereptis manubiis noster provin(*ciali*)s promeruisset, domum suam reportaret. Ita ut quoscum(*que libe*)rtate conspicuos, aut servos, vel olim traxit, vel dein(*ceps*) a suis sedibus hostis depulerit, si interea, eo depulso, defen(*di po*)tuerint, minime sub detestandae praedae occasione tenean(*tur*; *s*)ed iudiciarius vigor liberos quidem patriis naturalibus, ser(*vos a*)utem dominis pro recenti legis intercessione consig(*net. D*)at X Kal april. Honorio VIII et Theodosio III AA conss. (409)

NOTAE.

Ineditum fragmentum, quod non secus ac lex sequens pertinet ad titulum *de bonis militum*, qui in Breviario Alariciano est quartus libri quinti.]

Concessum est etc.) Haec addenda videbantur.

Promeruisset) Palimps. *promeruisse*.

Conspicuos, aut servos, vel olim) Palimps. *conspicuus aut servus, vel aliam*.

Praedae) Postrema vocalis *a* supra lineam addita est, non secus ac *i* syllabae *cia* sequentis vocis *iudiciarius*.

Dominis) Palimps. *dominos*.

COMMENTARIUS.

Barbari plus semel vexaverant Orientis Imperium multosque captivos abduxerant, quod *olim* contigerat. Iam vero *deinceps*, nempe anno ante latam hanc

legem, multi Illyrici incolae ingruentem barbarorum incursum reformidantes, relictis sedibus agrisque, ad alias provincias se contulerunt; ibique benigne primum excepti, demum praetextu habitationis, alimentorum, fortasse etiam libertatis, quam vendere coacti fuerant, petiti sunt in servitutem ab avaris susceptoribus, vid. l. 25. *de petitionibus*. Revera Scyrae, duce Uldi, Thraciam, fortasse etiam Illyrici partem, occuparunt; sed non multo post Uldis a suis desertus in patriam se recepit, qua de re fusius dicam in commentario sequentis legis. Itaque post victoriam relatam iubet Theodosius, ut universa praeda militibus permittatur, exceptis captivis, quos recuperaverant. Si enim eo (nempe hoste) *depulso defendi potuerint*, scilicet, si captivi ab hostium manibus eripi potuerint, nemo *sub detestandae praedae occasione* eos retineat. Captivorum enim *defensor* est miles, non *dominus* l. 12. *de postliminio*. C. Iust. quare recte lex usurpavit vocem illam *defendi*. Ceterum ingenuos, vel servos ab hostium manibus ereptos, patriae, vel domino, restituendos esse complures aliae leges declarant.

(*Idem ĀĀ A*)nthemio P̄P̄o

Scyras barbaram nationem, maximis (*tyran*)norum, quibus se coniunxerant, copiis fusis, imperio nos(*tro*) subegimus. Ideoque damus omnibus copiam ex praedicta ge(*nte*) hominum agros proprios frequentandi, ita ut omnes (*scian*)t susceptos non alio iure, quam colonatus, aput se futu(*ros*; *n*)ullique licere ex hoc genere colonorum ab eo, cui se(*mel*) adtributi fuerint, vel fraude aliqua abducere, vel (*fugie*)ntem suscipere, poena proposita, quae recipientes (*alieni*)s censibus adscribtos, vel non proprios colonos in(*sequ*)itur: opera autem eorum terrarum domini libera (*esse sciant*): ac nullus sub acta peraequatione vel censui (*subi*)aceat: nullique liceat velut donatos eos a iure census (*in se*)rvitutem trahere, urbanisve obsequiis addicere. (*Porro*)

intra biennium suscipientibus liceat pro rei frumen(*tari*)ae angustiis in quibuslibet provinciis transmarinis (*tant*)ummodo eos retinere, et postea in sedis perpetuae (*fundo l*)ocare, a partibus Trachiae vel Illyrici habitatione eorum (*peni*)tus probibenda: et intra quinquennium dumtaxat, intra (*eius*)-dem provinciae fines coram traductione prout libue(*rit co*)n-cedenda: iuniorum quoque intra praedictos viginti an-(*nos p*)raebitione cessante, ita ut per libellos sedem tuam ade(*ant; et*) his, qui voluerint, per transmarinas provincias eorum (*distri*)butio fiat. Dāt prīd īd āpril Cpoli Honorio VIII et Theodosio III conss̄. (409)

NOTÆ.

Inedita

Scyras) Ita Palimpsestus indubie. *Scyros* est in Iornande *de rebus Geticis* cap. 46; sed *Sciros* ibid. cap. 50. 53. Sozomenus scribit Σκίρους; Zosimus lib. IV. p. 246. edit. Oxon. 1679. babet Σκύρους.

Copiam) Palimps. *copia*.

Fraude, . . *abducere*) Palimps. *fraudem* . . . *obducere*.

Poena proposita) De ea vide titulum *de fugitivis colonis*.

Censibus adscriptos) Ita coloni saepe appellantur, vide l. unic. *de inquilinis*, l. unic. *de bonis cleric*.

Subiaceat) Erat in Palimpsesto . . . *acexnt*.

Donatos) Palimps. *donator*.

A iure census) A colonorum conditione.

Coram traductione) *Coram*, nam de mutatione Rector provinciae certior faciendus erat. *Traductionis* et *translationis* vocabula de mutatione sedis colonorum solemnia sunt.

Juniorum) Iuniores iidem sunt ac Tirones

Praedictos) Ergo haec lex pars est longioris Constitutionis.

COMMENTARIUS.

De Scyris ac de occasione huius legis insignis est locus Sozomeni lib. IX. cap. 5. Hic narrat Uldim barbarorum, qui Danubium accolebant, regulum cum ingenti exercitu fluvium transgressum, primo omnem late Thraciam infestis excursionibus vastasse, deinde tributum Romanis imperasse, maiora damna minitatum, ni penderent; sed quum domestici Uldis ac duces exercitus magnifica de Romanorum Imperatoris humanitate et munificentia praedicari audivissent, Uldim a suis desertum aegre tandem in patriam se recepisse. Tum subdit: Ὁ δὲ Οὔλδις πρὸς τὸ πέραν τοῦ ποταμοῦ μόλις διεσώθη, πολλοὺς ἀποβαλὼν, ἄρδην δὲ τοὺς καλουμένους Σκιρούς. Ἔθνος δὲ τοῦτο βάρβαρον ἱκανῶς πολυάνθρωπον, πρὶν τοιᾷδε περιπεσεῖν συμφορᾷ. Ὑστερήσαντες γὰρ ἐν τῇ φυγῇ, οἱ μὲν αὐτῶν ἀνῃρέθησαν, οἱ δὲ ζωγρηθέντες δέσμιοι πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐξεπέμφθησαν. Δόξαν δὲ τοῖς ἄρχουσιν διανεῖμαι τούτους, μή τι πλῆθος ὄντες νεωτερίσωσι· τοὺς μὲν ἐπ' ὀλίγοις τιμήμασι ἀπέδοντο· τοὺς δὲ πολλοῖς προῖκα δουλεύειν παρέδοσαν, ἐπὶ τὸ μήτε Κωνσταντινουπόλεως, μήτε πάσης Εὐρώπης ἐπιβαίνειν, καὶ τῇ μέσῃ θαλάσσῃ χωρίζεσθαι τὸν ἐγνωσμένον αὐτοῖς τόπον. Ἐκ τούτων τε πλῆθος ἄπρατον περιλειφθὲν, ἄλλος ἀλλαχῆ διατρίβειν ἐτάχθησαν· πολλοὺς δὲ ἐπὶ τῆς Βιθυνίας τεθέαμαι πρὸς τῷ καλουμένῳ Ὀλύμπῳ ὄρει σποράδην οἰκοῦντας, καὶ τοὺς αὐτόθι λόφους, καὶ ὑπωρείας γεωργοῦντας. *Uldis vero in ulteriorem fluminis ripam transgressus, aegre tandem evasit, multis quidem suorum amissis: Sciris vero ad internecionem deletis. Erat haec gens barbara multitudine hominum abundans, antequam in hanc calamitatem incidisset. Nam cum hi tardius quam reliqui fugissent, pars eorum truncati, pars capti vinctique Constantinopolim transmissi sunt. Cumque magistratibus placuisset eos per varia loca dispergi, ne quid novi, utpote numero praevalentes, tentarent; alios quidem exiguo pretio vendiderunt; alios vero gratis in servitutem dederunt, ea conditione ne umquam Constantinopolim ingrederentur, neve in Europae regiones ullas pedem inferrent: sed interpositi maris divortio a locis sibi notis separarentur. Ex his non exigua pars relicta, eorum scilicet, qui emptorem non invenerant, alius alibi habitare iussi sunt. Multos certe in Bithynia vidi iuxta Olympum montem, qui hac illac sparsi degebant, et colliculos illic vallesque subiectas arabant.* Scilicet Sozomenus a colonorum nomine deceptus perperam memoriae prodidit, Scyras ad servitutis conditionem redactos ac divenditos fuisse. Colonorum enim alii erant servi, plerique tamen ea libertate gaudebant, qua praediorum dominis

haud quidem servirent, sed tantum praediis perpetuo adstringerentur, vide Gothofredum in paratitlo *de fugitivis colonis*. Sozomeni narrationem emendant verba huius legis, qua statutum est: 1.° Scyras iure colonatus gaudere, adeoque liberos esse, neque posse a praediorum dominis in servitutem trahi; nemini ergo licebat eos a fundo, cui fuerant addicti, abducere, vel fugitivos recipere: 2.° non solum in urbe Cpolitana, verum etiam in finitimis provinciis Thraciae atque Illyrici, sedem ipsis denegatam fuisse, ut a patriis finibus quam longissime abessent; cavendum enim erat, ne, si barbari iterum invaderent Thraciam et Illyricum, Scyrae socia arma coniungerent; quare per transmarinas provincias, nempe per Africam, dispertiendi erant: 3.° transmarinos dominos posse intra biennium uti Scyrarum opera ad quodcumque officium; quod propter rei frumentariae angustias concessum est, hae vero angustiae constant cum ex historia, tum ex legibus 16. 17. *de tyronibus*: 4.° biennio elapso, Scyris perpetuam sedem, veluti colonis, assignandam esse a praediorum dominis: 5.° posse tamen dominos intra quinquennium eorum sedem mutare, sed dumtaxat intra eiusdem provinciae fines, posteaquam eiusmodi mutatio Rectori provinciae significata esset; nam cavendum erat, ne multi Scyrae in eandem vel familiam vel provinciam convenirent: 6.° dominum, qui tironem militiae conferre debebat, posse veluti iuniorem offerre Scyram, dummodo eius aetas non excederet annum vigesimum; sane tirones eligi poterant inter eos, qui erant *censibus adfixi* l. 6. *de tyronibus*, atque eligebantur *ab anno decimo nono* l. 1. *de tyronibus* vel saltem ante vigesimum.

(*De* POSTLIMINIO)

(*TITULUS V*)

(*I Imppp V*)alentinianus, Valens, et Gratianus AAA ad Severianum Ducem

Si quos for(*te nece*)ssitas captivitatis abduxit, sciant, si non transierunt, (*sed ho*)stilis inruptionis necessitate transducti sunt, ad pro(*prias*) terras festinare debere recepturos iure

postlimini (*ea*, *quae in ag*)ris vel mancipiis ante tenuerunt, sive a fisco nostro (*possi*)deantur, sive in aliquem Principali liberalitate trans(*fusa s*)unt: nec timeat quisquam alicuius contradictionis moram; cum hoc solum requirendum sit, utrum aliquis cum bar(*baris*) voluntate fuerit, an coactus. Dāt XII Kāl iūl Remis. Gratiano Ā et (*Dagalaifo conss̄*) (366)

NOTÆ.

Edita in Cod. Theod. l. 1. h. tit. et in Cod. Iustin. l. 19. h. tit.

Ea quae in) Fortasse erat, ut supplendum conieci, in Palimps. *eaq.in.*

XII) Ita Palimpsestus indubie. Codex Theod. habet *XVI*; Iustinianus *V*; Codex Gothanus a Rittero laudatus *XV*.

Iūl) Ita quoque Theodosianus et Iustinianus. Vellet Gothofredus *Iūn*; longe aberrat Gothanus exhibens *febr*.

II Imp̄p̄ Honorius et Theodosius ĀĀ
Theodoro P̄P̄o

Diversarum homines (*provin*)ciarum cuiuslibet sexus, condicionis, aetatis, quos bar(*bari*)ca feritas captiva necessitate transduxerat, invitos ne(*mo re*)tineat; sed ad propria redire cupientibus libera sit facu(*ltas*). Quibus si quicquam in usum vestium, vel alimoniae, in(*pen*)sum est, humanitati sit praestitum, nec maneat vi(*ctualis*) sumptus repetitio. Exceptis his, quos, barbaris vende(*ntibus*), emptos esse docebitur, a quibus status sui praetium p(*ropter*) utilitatem publicam emptoribus aequum est redhibe(*ri: ne*)

quando enim damni consideratio, in tali necessitate (*positis*), negari faciat emptionem, decet redemptos, aut datum pr(*o se pre*)tium emptoribus restituere, aut labore, obsequio, vel op(*ere quin*)quennii vicem referre beneficii, habituros incolum(*em*, *si*) in ea nati sunt, libertatem. Reddantur igitur sedibus pro(*priis*) sub moderatione, qua iussimus, quibus iure postli(*minii*) etiam veterum responsis incolumia cuncta serva(*ta sunt*). Si quis itaque huic praecepto fuerit conatus obsis(*tere Actor*), Conductor, Procuratorque, dari se metallis cum poena (*depor*)tationis non ambigat: si vero possessionis dominus, re(*m suam*) fisco noverit vindicandam, seque deportandum. Et ut f(*acilis*) exsecutio proveniat, Christianos proximorum loc(*orum*) volumus huius rei sollicitudinem gerere: Curiale(*s quoque*) proximarum civitatum placuit admoneri, ut, emer(*gen*)tibus talibus causis, sciant legis nostrae auxilium def(*eren*)dum; ita ut noverint Rectores universi decem libras (*au*)ri a se, et tantumdem a suis Apparitionibus exigendum, si (*praecep*)tum neglexerint. Dat id decemb Ravennae. Honorio VIII et Theodosio III con(*ss*) (409)

NOTÆ.

Edita in Cod. Theod. l. 2. h. tit. et in Iustinianaeo l. ult. h. tit.

Transduxerat) Ita quoque in Constitutione edita a Sirmondo. Uterque Codex *transvexerat*.

Invitos) Palimps. *invito*, ut et paullo post *alimonia*;

His quos barbaris) Palimps. *his barbaris quos*.

Negari) Palimps. *negare*. *Referre*) Palimps. *referren*.

Incolumem si in ea) Ita supplevi; consonat Codex Iustin. neque multum

dissentit Wurceburgensis. *Libertatem pro libertate* manifeste exposcebat superioris lacunae supplementum.

Iussimus) Palimps. *iusiussimus*.

Procuratorque) Ita Editiones; Palimps. *procurator*.

Dominus rem) Palimps. *dominire . . . fisconouerintuindicandoseq.deportandum*.

Christianos) Palimps. *Christianus*.

Apparitionibus) Uterque Codex *apparitoribus*.

Exigendum) Ita etiam Iustin. Wurceburgensis, et Gothanus. Editio Gothofredi *exigendas*.

Id) Edit. Gothofr. *IV Id*; Cod. Iustin. *III Id*.

(*De ingenuis qui tempore tyranni servierunt*)

(*TITULUS VI*)

I Imp Constantinus A ad Volusianum

Universi devot(*ionis stu*)dio contendant, si quos ingenuis natalibus procreatos (*sub ty*)ranno ingenuitatem amisisse, aut propria content(*i cons*)cientia, aut aliorum indiciis recognoscunt, natalibus (*suis res*)tituere, nec expectata iudicis interpellatione. N(*am si quis*) contra conscientiam suam, vel certissima testim(*onia*) plurimorum in eadem avaritia et tenacitate perm(*anserit*), severissima poena multabitur. Placet autem e(*tiam eos*) periculo subiugari, qui scientes ingenuos servit * * * * * * * *

NOTÆ.

Edita in Cod. Theod. h. tit.

Interpellatione) Palimps. *interpellationem*, tum paullo post *certissimam*.

Avaritia et tenacitate) Palimps. *auaritiaetenacitate*; tum *siuerissimam*; denique *subiudari*.

SUPPLENDA

. . . rumobligationesecuritatispublicaefirmaueruntcautio
n emsusceptosscilicetsemelpostemensainmunita
ti sspatiainconuulsaaseuectigaliumpensionaretinendos
dat VII K iun diuo iouiano et uarroniano ꝯss
fd aa ad mamertinum ppo enfyteuticapraediaquaesenatori
a efortunaeuirispraetereauariisitasuntperprincipesuo
t ereselocautcertumuectigalannuumexhiberariopen
d ireturcessantelicitationequaerecensstatutaestsciat
magnificasauctoritastuaapriscispossessorib.sineincre
mentolicitandiesseretinendaitautquaecumq.incommis
a ifortunamincideritseplenodominioprivatisoccupa
t ionib.retentanturlcontiictsallustiiconsulatuiuspris
tinumrursusadgnoscant dat IIII Kal aug sirmio diuo
i ouiano et uarroniano ꝯss
fd aa adprouincialesbyzacenosnequaquamenfyteuticos
fundosantecommissiuitiumadalterumtransiredebe
resancimusetcetera dat prid id sept aquileia diuo
iouiano et uarroniano ꝯss
l d aa admamertinum ppo superfundisenfyteuticisseu
patrimonialib.diuusiulianuslegemconsultissimam
deditscilicetutquiexhisueladpriuatorumiuratransis
sentuelminutocanonecondicionisfiscolocationib tene
rentoradstatumr·traherenturautiquumhanclegem
quidamiudicuminterpraetatipraiuussuntquamutilitas
publicapostulabatuteiusmodipraedaexreb.priuatisnos
atrisernentesibitantummodosatisfacerentlegiubinon
intereratfiscioectigalib.utrumnepriuatoiureanenfyteu
ticopossideretquamquamigituranimaduertimusesse
consultiusineodemstatufundimaneantinquoantelegem
diuiiulianifuerantdequib.tamennihilspecialiter
statuitabbisquib.omniadeincepserogatasuntauctori
tastuaredhibericosmaturoiubebitauxilioergaceteros
sanefondosquosrecentiumprincipumeffusioautperpe
tuoiuredonauitautdeminutocanoneconcessitenfyteu
ticariisobtinendosedictumconpraehensiprincipisauc
toritastuaualerepraecipiat dat et pp rom VI K nou
diuo iouiano et uarroniano ꝯss
Id aa florianum com quotienscumq.enfyteuticisiuris
praediainuitiumdelapsacommissiactislegitimisacuoel

Supplenda

fuerintsubiciendapraeconissuperfactolicitationis *at*
augmentonostroperennitasconsulaturnecpriuseius *do*
minioquiceterosoblationesuperauitperpetuaefirmita *tis*
roburaccedatquamsisuperpensionismodoconductori *s*
nomineenthecaequantitataenostraetranquillitatisar
bitriumfidelirationeconsultumobseruandapraescrib *se*
rit dat IIII K mart trin ualano et ualente aa ꝯss
XVIIII Id aa ad germanianum csl fundienfyteuticipatrimonial *is*
q.iurisinantiquumiuspraestationemq.redeantnequoqu *a*
exemptiabenfytheuticopatrimonialiq titulouelutipriu *a*
toiureteneanturrectorib.prouinciarumetrationali *b.*
monendisutsciantcontracommodalargitionumnost *ra*
rumspecialianonadmittendaesserescriptabistantu *m*
modoexceptisquosinrepriuatanostrasecundumleg *em*
datamiamdudum inhocnominemanerepraecipimus d *at*
V K aug ualano et ualenta aa ꝯss
XX Id aa ad germanianum csl placuitutfundorumpatrim *o*
nialiumq. possessoresquonoluerintquopotuerintt *em*
poreetquantumhabuerintpensionisparatumdum
modononampliusquamintrib.persingulosannosci
uib.officiorationalisadsignentacdesusceptoabeod *em*
securitatemeodemdiepromorepercipiantmodoutin
troianuariaromidunmdiemomnissummamratioci
niispublicisinferaturgrauissimaepoenaesubdenda
officiisicuiquamquolibetannitemporedummodone
quaquamnumerumtrinaeinlationisexcedatsoluti *a*
nemfaceregestientinegaueritsusceptionisofficiu
ualsimoramfeceritinchirografosecuritatisedendu *m*
superquopossessoresaputcuratoresuelmagistra
tusautquicumq.inlocisfueritquiconficiendorum
actorumhabeatpotestatemeonuenietcontestariut
deofficiiinsolentiaconstetinquodexercendaiudictaes *s*
hispositesseconsultum dat XIIII K iun remis grat np et dagala *ifo ꝯss*
XXI Id aa ad auxonium ppo sifundospatrimonialcauelenfyteu
ticosquispiampostularitsupernominesuoadnostramcle
mentiamsciatesserefferendumutemeritatisnotamsube
atsanesirationalisuelcinsofficiumperconhibentiamfun
dumhuiusmoditradendumessecredideritsummosupplicio
sescadficiendumesseecognoscatademptisfacultatib. dat pr

(LIBER V)

(TITULUS XIII)

(De fundis Patrimonialibus, Emphyteuticis, et Saltuensibus)

(XIIII Impp Valentinianus et Valens AA)

. . . rum obligatione securitatis publicae firmaverunt cautio(*n*)em, suspectos scilicet semel fundos post emensa immunita(*ti*)s spatia inconvulsa a se vectigalium pensione retinendos. Dat VII Kal iun Divo Ioviano et Varroniano conss. (364)

COMMENTARIUS.

Hisce legibus titulum feci *de fundis patrimonialibus*, *emphyteuticis*, *et saltuensibus*, qui perpendenti leges ipsas facile se probabit. Iam cur numero decimo tertio distinxerim hunc titulum dicam in notis ad sequens folium. De fundis emphyteuticis multa congessit Gothofredus in Paratitlo ad lib. X. tit. II. quibus alia addi possunt ex contextu huiusce folii. Ceterum quum Imperator Zenon primus fuerit, qui propriam huius contractus naturam constituit distinctam a locatione et venditione; tum ante Zenonis tempora paullo liberius neque verbis sat definitis loquebantur Principes, qui *conductionis*, *locationis* vocabula usurpabant de re emphyteutica agentes, atque emphyteuticum ius cum aliis affinibus quandoque confundebant.

Quid in primo fragmento huiusce folii sanciverint Impp. Valentinianus et Valens dicere nequeo, vix enim extrema legis verba supersunt. Video commemoratam *cautionem*, quae scilicet praestabatur ab emphyteuta, uti constat ex lib. XI. tit. 61. l. 7. Cod. Iustin. Video *emensa immunitatis spatia*; nam triennii immunitas concedebatur iis, qui deserta praedia iure emphyteutico colenda sumebant, de ea vide me ad l. *quicumque possidere* tit. *de agro deserto*.

(*XV Idem*) AA ad Mamertinum PPo.

Enfyteutica praedia, quae Senatori(*a*)e Fortunae, viris praeterea variis ita sunt per Principes ve(*t*)eres elocata, ut certum vectigal annuum ex his aerario pen(*d*)eretur, cessante licitatione, quae recens statuta est, sciat magnifica Auctoritas tua a priscis possessoribus sine incremento licitandi esse retinenda; ita, ut quaecumque in commis(*s*)i fortunam inciderint, ac pleno dominio privatis occupa(*t*)ionibus retentantur, Leontii ac Sallustii consulatu ius pristinum rursus adgnoscant. Dat IIII Kal aug Sirmio Divo (*I*)oviano et Varroniano conss. (364)

NOTÆ.

Inedita

XV) Hunc numerum et sequentes addidi supputans leges ab ea, quae infra distinguitur numero XVIII.

Veteres elocata) Palimps. *ue*ereseloca.*

Penderetur) Palimps. *pen*iretur.*

Magnifica) Palimps. *magnificas.*

Privatis occupationibus) Fundis rei privatae accensentur.

COMMENTARIUS.

Avaritia Rationalium aliorumque Officialium Comitis rerum privatarum saepe vexabat emphyteutas modo extraordinaria munera imponendo, modo annuum canonem augendo; quandoque etiam ius emphyteuticum perpetuum a Rationalibus mutabatur in aliud temporarium et privatum. Huc spectant plures leges, quibus Principes satagebant possessoribus cavere de emphyteuticis fundis; namque cives diffisi perpetuitate iuris atque rata canonis quantitate, vel deserebant praedia, vel novas emphyteuses suscipere detrectabant. Atque Rationales eo facilius detorquebant contractus emphyteuticos, quo minus isti definiti erant

ante Zenonis legem. Rem vero ita contigisse credo. Rationales alias atque alias fingentes causas augmentum canonis proponebant emphyteotae; negabat iste se soluturum augmentum neque revera solvebat; hinc Rationales contendentes fundum incidisse in commissi vitium novam licitationem proponebant. Si assidua domini cura fundum iam reddiderat fertilem, fundus locabatur iure privato; si pristina laborabat sterilitate, iterum emphyteutico iure incolendos proponebatur. Credo enim longe maiorem fuisse canonem fundorum iuris privati, quam illorum iuris emphyteutici. His adde alias atque alias artes, quibus Rationales vel favori alicuius vel proprio lucro velificaturi mutabant iura pro ingenio suo. Sic quandoque conductio erat occulta, quo spectat l. 5. *de locat. fund. iuris*; sic ipsa pascua (Dominici vero gregis magni intererat saltuosos fundos in pristino iure atque canone manere) augmentum pensionis contra Principum voluntatem quandoque passa sunt, vide l. 2. *de pascuis*. Quum ergo eiusmodi illegitima licitatio, quam *repentinam* appellat l. 1. *de pascuis* Cod. Inst. *recens* invecta fuisset, nempe post annum 344, quo consules fuerunt Leontius ac Sallustius; tum Principes tanto malo occurrendum esse censuerunt. Nescio quid hoc temporis intervallo maxime incenderit avaritiam Rationalium, utrum negligentia Comitum in frenandis Officialibus, an aliud; certo tamen constat ex compluribus legibus hoc ipso anno vel proxime sequentibus datis, permultos abusus irrepsisse in rem patrimonialem Principis, atque Valentinianum veluti iuris emphyteutici sospitatorem laudari a sequentibus Imperatoribus, vide l. 3. *de locat. fund. iuris emph.* atque ibi Gothofredum. Itaque Valentinianus hac lege iubet: 1.° irritam esse licitationem recens statutam; 2.° fundos emphyteuticos vindicandos esse priscis possessoribus, omni augmento remoto; 3.° fundos, qui in commissi fortunam inciderant, atque adeo ad rem Principis privatam transierant, revocandos esse ad ius pristinum.

(*XVI Idem*) AA ad Provinciales Byzacenos.

Nequaquam enfyteuticos fundos ante commissi vitium ad alterum transire debere sancimus; et cetera. Dat prid id sept Aquileia. Divo Ioviano et Varroniano conss. (364)

COMMENTARIUS.

Inedita. Interpretatione non indiget; nemo enim iure suo spoliari potest, nisi suum vel factum vel vitium intercedat. Alterum huius legis fragmentum habes in l. 3. *de conlat. fund. patrim.*

(*XVII I*)dem AA ad Mamertinum PPo

Super fundis enfyteuticis seu patrimonialibus Divus Iulianus legem consultissimam dedit, scilicet, ut qui ex his vel ad privatorum iura transissent, vel minuto canone condicionis fisco locationibus tenerentur, ad statum retraherentur antiquum. Hanc legem quidam iudicum interpretati pravius sunt, quam utilitas publica postulabat; ut eiusmodi praedia ex rebus privatis nostris eruentes, ibi tantummodo satisfacerent legi, ubi non intererat fisci vectigalibus, utrum ne privato iure an enfyteutico possideret. Quamquam igitur animadvertimus esse consultius in eodem statu fundi maneant, in quo ante legem Divi Iuliani fuerant; de quibus tamen nihil specialiter statuit, ab his quibus omnia deinceps erogata sunt Auctoritas tua redhiberi eos maturo iubebit auxilio. Erga ceteros sane fundos, quos recentium Principum effusio aut perpetuo iure donavit, aut deminuto canone concessit enfyteuticariis obtinendos, edictum conpraehensi Principis Auctoritas tua valere praecipiat. Dat et PP Rom VI K nou Divo Ioviano et Varroniano conss. (364)

NOTÆ.

Inedita

Iulianus) Periit haec Iuliani lex.

Condicionis) Suspicor legendum esse *conductionis*.

Eiusmodi praedia) Palimps. *eiusmodi praeda*.

Possideret) Fortasse *possiderentur*.

COMMENTARIUS.

Saepe possessiones aliquo iuris titulo concessae transferebantur in aliud ius, eaeque dicebantur *translatae*; quandoque statuus canon minuebatur, unde possessiones *relevatae* appellabantur; de his lege Gothofredum in Paratitlo *de conlat. donatar.* tum ad l. 6. eiusd. tit. vide etiam Novellam 33. Theodosii, quae translationes atque relevationes a praedecessoribus concessas infirmat. Iusserat ergo Iulianus, quod Imperatores identidem promulgare solebant, omnia, nulla concessionum habita ratione, ad statum retrahi antiquum. Atqui Fisci intererat quo iure emphyteutico ne, an privato, possiderentur fundi. Nam fundi emphyteotici nihil, praeter canonem, comune habebant cum fundis iuris privati, ait enim l. 9. *de fundis patrimonialibus* Cod. Iustin. *universi cognoscant, nihil privato iure, salvo canone, fundis emptis cum patrimonialibus esse commune*. Canon enim vel maior, vel minor imponebatur pro qualitate iuris et locorum l. 14. *de fund. patrim.* Cod. Iustin.; dominium etiam emphyteuticum imperfectum erat atque caducitati obnoxium, cum ob vitium commissi, tum saepe ob avaritiam Rationalium aliorumque; contra ius privatum cousferebat plenum dominium. Quare inter beneficia, quae fundorum domini consequebantur, hoc etiam recensetur l. 6. *de conlat. donat.* si fundi *de patrimoniali iure ad privatum* transferrentur (legendum enim est *ad privatum* pro eo quod Gothofredus edidit *ad privatam*). Generatim ergo maximam vectigalibus Fisci utilitatem afferebat lex Iuliani. At ob sterilitatem alicuius agri iuris privati, vel naturam praestationum novaeque locationis, tum etiam quia fundi iuris privati extraordinariis muneribus obnoxii erant, atque adiectioni fundorum sterilium l. 9. *de omni agro deserto* Cod. Iustin., fieri poterat, ut nonnulla praedia ad statum antiquum revocata minorem lucri spem facerent Fisco. Quare Iudices é re sua legem Iuliani interpretantes exceptiones quasdam admittendas esse censuerunt. Contra eiusmodi imprudentem Iudicum interpretationem

Valentinianus tulit hanc legem. Secum tamen pugnare videtur. Quum enim dixisset *Divus Iulianus legem consultissimam dedit*, postmodum subdit *quamquam igitur animadvertimus esse consultius in eodem statu fundi maneant*, *in quo ante legem Divi Iuliani fuerant*. Ut ergo omnis tollatur pugna, legendum esse coniicio *in eodem statu aliqui fundi maneant*. Iulianus enim generalem tulerat legem de omnibus fundis; Iudices nonnulla praedia excipienda esse existimarunt; fatetur Valentinianus consultiorem esse exceptionem, legem tamen executioni esse mandandam iubet, nisi contrarium *specialiter* caverint ipsa Iuliani verba. Fortasse vocabulum *specialiter* innuit aliquam exceptionem a Iuliano admissam circa fundos a vetere aliquo Imperatore vel relevatos, vel translatos. Quod si verum est, recte iam Valentinianus concludit nullum esse dubitandi locum circa fundos a recentioribus Principibus aut donatos, aut relevatos.

(*XVIII*) Idem AA (*ad*) Florianum Com.

Quotienscumque enfyteutici iuris praedia in vitium delapsa commissi actis legitimis, ac voci fuerint subicienda praeconis, super facto licitationis (*et*) augmento Nostra Perennitas consulatur; nec prius eius (*do*)minio, qui ceteros oblatione superavit, perpetuae firmita(*tis*) robur accedat, quam si super pensionis modo, conductori(*s*) nomine, enthecae quantitate, Nostrae Tranquillitatis arbitrium fideli ratione consultum observanda praescrib(*se*)rit. Dat IIII K mart Triu. Valentiniano et Valente AA conss. (365)

NOTAE.

Inedita. Florianus erat Comes rei privatae, vide l. 11. *de exactionibus*.

Nostra Perennitas) Palimps. *nostro perennitas*.

Conductoris nomine) *Petitoris nomen* pro petitore l. 16. *de petition.*, tum *Senatorium nomen* pro *Senatoribus* l. 3. *de quaestion.* Neque aliter Hebraei et Thalmudistae vocem *nomen* usurpant.

Enthecae) Ἐνθήκη est quidquid sepositum est usus vel praesidii alicuius causa. Hic ponitur pro *dote* fundi.

Quantitate) Palimps. *quantitatatae*.

COMMENTARIUS

Si quem (possessorem) *minus idoneum factum esse constet, nec, ita ut expedit, rationem reddere pensionis res . . . ad alium idoneum . . . transferentur*, l. 2. *de fundis rei priv.* Cod. Iustin. Scilicet fundus in commissi vitium incidebat, atque, licitatione proposita, alteri concedebatur. Sed in hisce licitationibus cavendum erat, ne avaritia aut incuria Rationalium patrimonium Principis aliquid detrimenti caperet. Quandoque enim Rationales civibus suis gratificatori occultam conductionem proponebant l. 5. *de locat. fund. iuris*; vel quum negligerent cognoscere de idoneitate licitatoris, praedia paullo post iterum incidebant in commissi vitium. Itaque Valentinianus ut ista incommoda praecaveret, statuit, ei, qui licitationem vicisset, praedium iure perpetuo haud prius esse concedendum, quam factum ipsum licitationis et augmentum renunciatum fuisset Principi, ab eoque probatum. Porro Princeps perpendebat: 1.° pensionis modum, scilicet quantitatem et qualitatem praestationum: 2.° conductoris nomen, nempe conductorem ipsum eiusque opes: 3.° enthecae quantitatem, utrum vetus entheca superesset easque sufficeret, nec ne.

XVIIII Idem ĀĀ ad Germanicum C̄S̄L̄

Fundi enfyteutici patrimonial(*is*)que iuris in antiquum ius praestationemque redeant, ne quoqu(*e*) exempti ab enfyteutico patrimonialique titulo, veluti priv(*a*)to iure teneantur, rectoribus provinciarum et rationali(*bus*) monendis, ut sciant contra commoda largitionum Nost(*ra*)rum specialia non admittenda esse rescripta, his tantu(*m*)modo exceptis, quos in re privata Nostra secundum leg(*em*) datam iamdudum in hoc nomine manere praecepimus. D(*at*) V K̄ aug Valentiniano et Valente ĀĀ conss. (365)

COMMENTARIUS.

Inedita. Germanianus Comes Saer. Largitionum hoc eodem anno innotescit ex aliis legibus, vid. l. 1. *de pascuis*, l. 3. *de murilegulis*, etc.

Mens legis patet ex iis, quae supra monui ad l. XVII. Irrita esse statuit rescripta Principum, quibus cives tueri satagebant translationem vel relevationem praediorum. Excipiuntur tantummodo illi fundi, qui in re privata Principis servandi erant, quos saltuenses, limitrophos, atque id generis fuisse existimo.

XX Idem AA ad Germanianum CSL

Placuit, ut fundorum patrim(*o*)nialium possessores quo voluerint, quo potuerint t(*em*)pore, et quantum habuerint pensionis paratum: dummodo non amplius, quam in tribus per singulos annos vicibus officio Rationalis adsignent: ac de suscepto ab eod(*em*) securitatem eodem die pro more percipiant: modo ut intro Ianuariarum iduum diem omnis summa ratiociniis publicis inferatur: gravissimae poenae subdendo officio, si cuiquam quolibet anni tempore (dummodo nequaquam numerum trinae inlationis excedat) soluti(*o*)nem facere gestienti negaverit susceptionis officium: vel si moram fecerit in chirografo securitatis edendo. Super quo possessores aput curatores, vel Magistratus, aut quicumque in locis fuerit, qui conficiendorum actorum habeat potestatem conveniet contestari, ut de officii insolentia constet, in quod exercenda vindicta es(*t*, *et*) his possit esse consultum. Dat XIIII K iun Remis Gratiano NP et Dagala(*ifo conss.*) (366)

NOTÆ.

Edita in Cod. Iustin. lib. XI. 64. 4.

Germanianum) Perperam Cod. Iustin. *Germanum* scribit.

Ut fundorum) *Ut emphyteuticorum fundorum patrimonialiumque* ita C. Iust. Fundi patrimoniales ab emphyteuticis quandoque distinguuntur, vide Gothofredum in Paratitlo *de locat. fund. iuris*; saepe tamen confunduntur, vide supra l. XVII.

Quo potuerint) Desiderantur haec verba in Cod. Iustin.

Vicibus) Palimps. *ciuibus*.

Intro) *Intra* Cod. Iustin.

Summa) Palimps. *summam*.

Trinae) *Ternae* C. Iustin.

Edendo) Palimps. *edendu* . . .

Aput curatores) *Aut curatores* C. Iustin. perperam.

Fuerit . . . hnbeat) *Fuerint . . . habeant* C. Iustin.

Conveniet) *Conveniat*. Cod. Iustin. Rectius noster.

Ut de) *Ut et de* Cod. Iustin.

In quod) *In quo*. C. Iustin. Rectius noster.

Dat) Desideratur in C. Iust. nota anni et loci. Revera Valentinianum hoc et sequenti mense Remis fuisse testantur complures leges, quas vide in *Chronologia Cod. Th.* ad h. ann.

XXI Idem AA ad Auxonium PPo

Si fundos patrimoniales vel enfyteuticos quispiam postularit super nomine suo, ad Nostram Clementiam sciat esse referendum, ut temeritatis notam subeat. Sane si Rationalis vel eius officium per conhibentiam fundum huiusmodi tradendum esse crediderit, summo supplicio sese adficiendum esse cognoscat, ademptis facultatibus. Dat pr . . . . .

COMMENTARIUS.

Inedita. A Valente lata; nam Auxonius Praetorio Orientis praeerat.

Quae et quanta esset petitorum aviditas satis constat ex titulo *de petitionibus et ultro datis*, qui fraudes et inhiationem petitorum detegit simulque coërcet. Nostra porro lex ex eo titulo fugitiva hic locum habuisse videtur, quia fundos patrimoniales et emphyteuticos commemorat.

(*EIUSDEM TITULI XIII. LEX XXX*)

(*Imppp Valentinianus, Theodosius, et Arcadius AAA*)

. . . um patrimonialem exercuerit, instruxerit, fertilem ido(*neum*)que praestiterit, salvo patrimoniali canone, perpetuo ac (*privato*) iure defendat; velut domesticum, et avita successio(*ne qu*)aesitum sibi habeat, suis relinquat; neque eum aut promulga(*tione*) rescripti, aut reverentia sacrae adnotationis quisquam (*a fru*)ctu inpensi operis excludat. Ceterum eos, qui opimas (*ac ferti*)les retinent terras, aut etiam nunc sibi aestimant eli(*gend*)as, pro defecta scilicet portione summam debiti prae(*senti*)s iubemus implere. Eos etiam, qui enfyteuticario no(*mine*) nec ad plenum idoneas, nec omnimodis vacuas detinent, (*si ex*) illis quoque, quae praesidio indigent, iustam ac debitam (*quan*)titatem debere suscipere, ut indulto temporis spatio (*post b*)iennium decretum canonem solvendum esse memine(*rint. H*)ii autem, qui proprio voluntatis adsensu nunc quod (*dic*)imus elegissent, neque sibi nunc opimum aliquid et con(*duci*)bile vindicarent, sed tantum nuda et relicta suscepe(*rint*), trienni immunitate permissa, debitum canonem p(*enda*)nt. Nemo tamen qualibet meriti et potestatis subiectio(*ne eum*) submoveat, quominus ad diacatochiae vicem defec(*tas p*)ossessiones patrimonialis iuris accipiat, earum tribu(*ta et*) canonem soluturus: illut speciali observantia pro(*cura*)ns, ut primum vicinas, et in eodem territorio, sortiatur; (*dehi*)nc si neque finitimas,

Supplenda	
	umpatrimonialemexercueritinstruxeritfertilemido
neum	q.praestiteritsaluopatrimonialicanoneperpetuoac
privato	iuredefendatueluldomesticumethabitasuccessio
nequ	aesitumsibihabeatsuirelinquatneq.eumautpromulga
tione	proscriptiautreuerentiasacraeadnotationisquisqua
afru	ctuminpensinperisexcludatceterumeosquinpimae
acferti	lesretinentterrasautetiamnuncsibiaestimatali
gend	asprodefectascilicetportioneinsummamdebitiprae
senti	siubemusimplereenectiamquienfyteuticariono
mins	necadplenumidoneasnecomnimodisuacuasdetinent
siex	illisquoq.quaepraesidiinindigentinstamacdebitam
quan	titatemdebereeuscipereutindultotemporisspatio
postb	ienniumdecretumcanonesoluendumessememine
rinth	iautemquiproprionoluntatisadsensumnunequod
dic	lmuseligisseutneq.sibinuncopimumaliquidetcon
duci	bileuindicarentsedtantumnudaetrelictasuscepe
rint	tricnniimmunitatepermissadebitumcannuemp
enda	ntnemotamenqualibentmeritietpotestatisubiectio
necum	submoneatquominusaddiacetochiemuicemdefec
tasp	ossessionespatrimonialiciurisaccipiatcarumtribu
taet	canonemsoluturusillutspecialiobseruantiampro
cura	neutprimumuicinasetineodemterritoriosortiatur
dehi	ncsineq.finitimasneq.inhisdemlocisreppererint
cons	lituastuncdemumetiamlongiuspositassedinquan
tumf	ieriualetprointeriectospatiosibimetcoherentee
prom	odoetequitatesuacipiatuteonsensuomniumfiat
quod	omnib.profuturumest dat VIII Kal nou constp
hon	np et euodio css.
Id aa	a floro ppo saltuensisfundiiurisq patrimoniiino
rien	tisregionib.siliturbataexactinnedispositionisan
nuem	aximodicunturdispendinfatigarictinmanissima
oppr	lmimorereliquorumeoquodadordinariossollici
tatio	transductalatioremdeprachendipraebuitfacul
tats	minlustrisitaq auctoritastuamemoratosfundos
adra	tionalismcurampraecipiatreuocari dat VIIII Kal
	constp timasio et promoto css.
Id aaa	rufino ppo fundospatrimonialessemelexpetitos
ett	raditosrefundereconductorib.omninononliceatet
sih	niusmodifacultatemquolibettemporequalibetauctoritate

meruerunt inpetratis infraudem publicam no
tur dat XVIIII K aug cons p theod a III et abundant
XXXIIII Id aaa rufino ppo iusemfyteuticus quo siurispat
lisuelreippraediapossessorib. suntadiudicataper
itaconcussumeumnostristuncmaiorumnostroru
b. easeretinemusutquodsemeltraditumfueritnec
quampossitnecabalioaliispossidentib. occuparis
inproboruminpotentiafactumestutoptimisquib. q. lu
piditatisetquaestuiseruientib. deterioresagriprouin
reliotisintquosnemoeorumdignaturfueritobtine
magtuaiudicib. officiisaedefensoriscampoenamcon
etutnisidesertisacdeteriorib fundisutiliumconf
mixtasubuenerintsciantsemultamautpoenam
positafueritsustinendam dat III Kal aug cons p
theod a III et abundantio ꝯss.
XXXIIII Id aaa rufino ppo orientisquifundospatrimoniales
priuatosaluocanonesusceperunthancomnes
asexceptionepersonaepropositaintellegantopti
utautealocaquib. minurestprolifecunditascum
quib. fructusuberescapiuntsusciperecttem
nuantautsieorumrefugiumsterelitatemopimiorib.
dat VIII id nou tyrometropoli arcad III et hon II ꝯss.
XXXV Impp arcad et hon aa hadriano cal restaurationimoe
publicorumtertiamportionemeiuscanonisquiexlo
disuereipannuapraestationeconferturcertum
tisposse sufficeredeuectigalib itaq. publicisqua
perexintegronostriaerariiconferebantexpens
bilomninodeexcerpinominecinitatumpermittim
VIII id aug olybrio et probino ꝯss.
XXXVI Id aa eutychiano ppo repetitaelegisiussionemam
utquicumq. patrimonialesfundosd. tenereddete
autdomumsaputeonstinoptanamurbemhabe
reperdoceataut sinonhabetueltalemhaberemonst
infraudemlegialocumaiuelitpraedaenumerar
biliasimaeurbideformitatisitpotiusquamdecor
tructionemeiusdemintraannumsipossessionib.
renonpatiturmagnificentiaetuaeuigorecogatur
etiamillosiubemusecondicioniretinendiquiiuxtal
dinipatrisnostrinonnullaexpraedictoiurefundo

Supplenda

tationib. uacue
io ꝯss
rimonia
petuariis
msanctioni
anobisum
edquando
ericu
cialib.
resublimis
stitu
usioneper
quaepro
iure
ineulli
onem
hisex
erenonab
cedant
nium
cisfun
estsa
esem
asni
uadat
damus
gatur
reue
retut
iorumno
iadexs
decede
pari
egem

neque in hisdem locis reppererit (*cons*)titutas, tunc demum etiam longius positas, sed in quan(*tum f*)ieri valet pro intericcto spatio sibimet coherentes (*pro m*)odo et aequitate suscipiat, ut consensu omnium fiat (*quod*) omnibus profuturum est. Dat VIII Kal novem Constantinopoli. (*Honor*) NP, et Euodio conss. (386)

NOTÆ.

In superiore folii ora luculentissime scriptum legitur *LIB. V. T. XIII*, ita ut de numero libri ac tituli nullus sit dubitandi locus. Iam vero quum in Breviario Alariciano titulus XII extremus sit libri quinti, tum facile apparet, hosce et sequentes titulos, qui *de fundis patrimonialibus*, *emphyteuticis*, *saltuensibus*, *limitrophis*, *desertis*, *tamiacis* agebant, omnino fuisse a Wisigothis praetermissos. Haec enim ita peculiarem conditionem contingebant utriusque Imperii iam a tribus saeculis constituti, et latissime patentis, tum a barbaris subinde vastati, ut inutilia essent ipsis vastatoribus, qui paucos ante annos novas sibi sedes quaesierant, atque aliena praedia occupaverant.

Maxima pars edita est in Cod. Iustin. XI. 58. 7.

Exercuerit) *Exercuerit et fertilem* Cod. Iustin.

Velut) *Et velut* C. Iustin.

Avita) *Habita* Palimps.

Suis) *Suisque* C. Iustin.

Rescripti) Ita C. Iustin. In Palimps. erat *proscripti*.

Retinent) *Possident* C. Iustin.

Aestimant) *Aestimat* Palimps. *Existimant* C. Iustin.

Defecta) *Deserta* C. Iustin.; sed participium *defectus* sollemne est hoc in sensu in latinitate harum legum.

Eos etiam) *Illos etiam* C. Iustin.

Omnimodis) *Omnibus modis* C. Iustin.

Canonem) Ita Cod. Iustin. pro mendoso *canone*, quod est in Palimps.

Hii autem qui) Et cetera, usque ad verba *Nemo tamen qualibet*, omisit Tribonianus, quia immunitas triennii pro desertis praediis iam satis superque innotescebat ex aliis legibus huius tituli.

Elegissent) Palimps. *eligissent.*
Conducibile) Quod conduci alteri possit.
Potestatis) Ita Cod. Iustin. Erat in Palimps. *potestati.*
Subiectione) *Obiectione* Cod. Iustin.
Eum submovent) *Submoveatur* Cod. Iustin.
Diacatochiae) Ita C. Iustin. Erat in Palimps. *diacatochiem.*
Observantia) *Observatione* C. Iustin.
Primum) *Primo* Cod. Iustin.
Iisdem) *Eisdem* C. Iustin. Perperam Palimps. legebat *reppererint . . . tituas.*
Ut consensu) *Ut id consensu* Cod. Iustin.
Dat. VIII etc.) Desunt haec in Cod. Iustin.

(*XXXI Idem AA*)A Floro PPo

Saltuenses fundi, iurisque patrimonii, in O(*rien*)tis regionibus siti, turbata exactione dispositionis an(*nuae*), maximo dicuntur dispendio fatigari, et inmanissima (*oppr*)imi mole reliquorum, eo quod ad Ordinarios sollici(*tati*)o transducta latiorem dependendi praebuit facul(*tate*)m. Inlustris itaque auctoritas tua memoratos fundos (*ad Ra*)tionalium curam praecipiat revocari. Dat VIIII Kal *** Constp. Timasio et Promoto conss. (389)

NOTAE.

Idem AAA) Nempe Valentinianus, Theodosius, et Arcadius.
Floro PPo) Solus Cynesius hoc anno 389. Praefectus Orientis hucusque innotescebat.
Saltuenses) Palimps. *saltuensis.* *Mole*) Palimps. *more.*
Dependendi) Palimps. *depraehendi.*

COMMENTARIUS.

Inedita

Maxime Imperatorum intererat, ne saltuenses fundi dispendio gravarentur; saltus enim compascebantur a grege Dominico, vid. l. 2. *de Pascuis:* iam vero tributorum exactio, quae a conductoribus pendebantur, ad curam Rationalium pertinebat. Sed quum iudices Ordinarii sibi ius vindicassent sollicitandi debitores, fortasse etiam exigendi tributum, quo spectat. l. 1. *de collat. fund. fiscal.* C. Iust. et l. 11. *de exaction.*; tum facile contingebat, ut, turbata exactione, latior pateret facultas solvendi canones seu apud Ordinarios, seu apud Rationales, atque adeo neutris tributum penderetur. Multa itaque mole reliquorum opprimebantur possessores ob turbatum exactionis modum. Quare hac lege cautum est, ut horum fundorum cura, atque tributa ad officium Rationalium pertineant. Sed decennio post ius exigendi canonis iterum Iudicibus collatum fuit, vide l. 5. *de collat. fund. patr.* Cod. Iustin. Progressu temporis rursus hoc ius concessum fuit Rationalibus, Praefectianis, et Palatinis; quare Maiorianus anno 458. statuit, ut, *veteri more revocato, provinciarum Rectores celebrandae exactionis summa respiciat*, vide eius Novellam IV. Scilicet universi laborabant auri sacra fame.

(*XXXII Idem AAA*) Rufino PPo

Fundos patrimoniales semel expetitos, (*et t*)raditos, refundere conductoribus omnino non liceat: et(*si h*)uiusmodi facultatem quolibet tempore, qualibet auctoritate meruerunt, inpetratis in fraudem publicam no(*tationibus vacue*)tur. Dat XVIII Kal aug Constantinop. Theodosio A III et Abundant(*io conss.*) (393)

NOTÆ.

Idem AAA) Ita certissime supplendum est in Palimpsesto; vix enim spatium superest his litteris excipiendis par. Sed haec lex inscribenda fuisset Theodosio, Arcadio, et Honorio.

Vacuetur) Vide l. 7. *de locat. fund. iuris emph.*

COMMENTARIUS.

Inedita. Cautum est hac lege, ne conductores possint dimittere fundos patrimoniales, quos expetierant, atque acceperant; licet eiusmodi facultatem sacra aliqua adnotatione obtinuerint.

XXXIII Idem ĀĀĀ Rufino P̄P̄o

Ius enfyteuticum, quo iuris pa(*rimonia*)lis, vel rei publicae, praedia possessoribus sunt adiudicata per(*petuariis*), ita inconcussum cum nostris, tum maiorum nostroru(*m san-ctioni*)bus esse retinemus, ut quod semel traditum fuerit, nec (*a nobis um*)quam possit, nec ab alio, aliis possidentibus, occupari. S(*ed quando*) inproborum inpotentia factum est, ut, optimis quibusque lu(*cri cu*)piditati et quaestui servientibus delectis, deteriores agri provin(*cialibus*) relicti sint, quos nemo eorum dignatus fuerit obtine(*re; sublimis*) Magnitudo tua iudicibus, officiis, ac defensoribus eam poenam con(*stitu*)et, ut nisi desertis ac deterioribus fundis utilium conf(*usione per*)mixta subvenerint, sciant a se multam aut poenam, (*quae pro*)posita fuerit, sustinendam. Dat̄ III Kāl aūg Constp̄. Theodosio Ā III et Abundantio conss̄. (393)

NOTÆ.

Idem ĀĀĀ) Nempe Theodosius, Arcadius, et Honorius.
Enfyteuticum quo) Palimps. *enfyteuticus quos.*
Inconcussum) Palimps. *concussum.*
Tum maiorum) Palimps. *tunc maiorum.*
Inpotentia) *Violentia*, qua potentiores utuntur. Vide l. 8. *de censitoribus.*

Cupiditati) Palimps. *cupiditatis*. Cave ne pro *optimis* emendes *opimis*, sequitur enim *deteriores*. Addidi verbum *delectis*, contextus enim hiabat.

Dignatus) Palimps. *dignatur*.

Sublimis magnitudo) Qui titulos Praefecto Praetorio tribuitur in l. 52 *de cursu*.

Defensoribus) Palimps. *defensoris*. Scilicet civitatum.

COMMENTARIUS.

Inedita. Praedia emphyteutica iure perpetuo adiudicata quandoque negligebantur a possessoribus veritis, ne ea iterum a Principibus occuparentur. Iis porro neglectis, vix canon pendebatur Rationalibus. Quare ne duplex detrimentum afferretur tum fisco, tum agrorum culturae, multis legibus Imperatores occurrere sategerunt huiusmodi possessorum diffidentiae, (vide l. 5. *de locatione praed. civ.* Cod. Iustin. l. 3. *de locat. fund. iuris emph.* C. Theod. etc.) sancientes, ut possessio iure perpetuo et emphyteoticario semel tradita, numquam ab eo possessore transferri posset, dummodo canonem penderet. In altera legis parte cautum est, ut possessor fundi opimi ac fertilis cogatur accipere fundum sterilem, atque desertum, quod ex variis legibus tit. *de omni agro deserto* Cod. Iustin. abunde constat.

XXXIIII Idem AAA Rufino PPo Orientis

Qui fundos patrimoniales (*iure*) privato, salvo canone, susceperunt, hanc omnes s(*ine ulli*)us exceptione personae propositam intellegant opti(*onem*), ut, aut ea loca, quibus minor est soli fecunditas, cum (*his*, *ex*) quibus fructus uberes capiunt, suscipere et ten(*ere non ab*)nuant, aut, si eorum refugiunt sterelitatem, opimioribus (*cedant*). Dat VIII id nov Tyro metropoli. Arcadio III et Honorio II conss. (394)

NOTÆ.

Edita in C. Iustin. lib. XI. t. 58. l. 9.

Orientis) Deest haec vox in C. Iust. *Salvo canone*) *Canone salvo* C. Iust.

Susceperunt) *Susceperint* Cod. Iustin.

Propositam) Erat in Palimps. *proposita*. Codex Iustin. *propositam sibi*.

Soli) Ita Cod. Iustin. Erat in Palimps. *proli*.

Refugiunt) Ita C. Iustin. Erat in Palimps. *refugium*.

Metropoli) Desideratur in Cod. Iustin. hic honoris titulus, quo honestatam fuisse Tyrum ex multis nummis probe novimus.

XXXV Impp̄ Arcadius, et Honorius AA̅ Hadriano C̄ S̄ L̄

Restaurationi moe(*nium*) publicorum tertiam portionem eius canonis, qui ex lo(*cis fun*)disve rei publicae annua praestatione confertur, certum (*est sa*)tis posse sufficere. De vectigalibus itaque publicis, qua(*e sem*)per ex integro nostri aerarii conferebant expens(*as*, *ni*)hil omnino decerpi nomine civitatum permittim(*us*. *Dāt*) VIII id̄ aūg. Olybrio, et Probino coss̄. (395)

NOTÆ.

Prima legis pars usque ad verba *de vectigalibus* edita est in Cod. Iustin. lib. XI. tit. 69. l. 3. Reliqua pars nunc primum lucem videt.

Hadriano C̄ S̄ L̄) Hoc anno Osius Comitatum S. L. gerebat in Orientali Imperio; Hadrianus ergo eundem Comitatum administrabat in Occidentali, eumque susceperat post Eusebium. Nam Eusebius a. d. XI. Kal. iul. adhuc erat C. S. L. vide l. 32. *de operib. publ.* tum Praefectus Praetorio renuntiatus fuit. Sed difficultatem creat l. 12. *de infirm. his quae sub tyr.* quae data XV. Kal. iul. inscribitur *Eusebio PF. P.* Ita ne Praefectus Praetorio qui quartum post diem XI. Kal. iul. adhuc salutatur Comes S. Largitionum? Quamobrem in lege 12. repono *V. Kal. iul.* Eusebio ad Praefecturam evecto, Hadrianus Comitatum suscepit mense iulio, biennio vero post dictus fuit Magister Officiorum, vide l. 11. *de proximis*.

COMMENTARIUS.

Ex Valentiniani lege 18. *de operib. publicis* unaquaeque civitas tertiam pensionis partem ex fundis civilibus perceptam sibi vindicabat, qua vel nova opera publica excitaret, vel instauraret vetera, aliasque impensas in urbem faceret. Si vero *Respublica tantum in tertia pensionis parte non habeat, quantum coeptae fabricae poscat impendium, ex aliarum civitatum reipublicae canone praesumant, tertiae videlicet portionis* ibid. Perperam ergo nonnullae civitates, quum sibi tertia tributi pars non sufficeret ad coepta opera perficienda, contendebant praeterea aliam ex publicis vectigalibus partem sibi esse concedendam. Hac enim consuetudine semel admissa, nequivisset sacrum aerarium quotannis certam pecuniae summam ex tributis colligendam sibi repromittere, atque de impensis in universo Imperio gerendis decernere. Ceterum coniicere licet ante annum 395. passim obtinuisse in Imperio praeposteram illam consuetudinem, qua civitates partem publicorum vectigalium sibi arrogabant, tres enim leges in hanc rem latae leguntur hoc ipso anno; prima XI Kal. iul. (vide l. 32. *de operibus publicis*) altera III non. iul. (vide l. 33. l. t.), tertia, nempe nostra, VIII. id. aug. Sed quum altera lex nuper a me commemorata, et l. 3. *de diversis praediis urbanis* C. Iustin. eodem die, mense, et anno datae perhibeantur; tum Gothofredus coniiciebat illam decurtatam fuisse a Triboniano; quod quam recte dici possit facile pervidebit qui utramque legem conferat. Equidem credo in l. 3. Cod. Iustin. emendandam esse temporis notam; atque reponendum *VIII id aug* pro eo quod editur *III non iul*; ita ut l. 33. C. Theod. ab Honorio promulgata fuerit in Occidente, nostra vero et Iustinianaea ab Arcadio VIII id aug in Oriente.

XXXVI Idem AA Eutychiano PPo

Repetitae legis iussione man(*damus*), ut quicumque patrimoniales fundos detenere dete(*gatur*), aut domum se aput Constantinopolitanam urbem habe(*re ve*)re perdoceat; aut si non habet, vel talem habere monst(*ret, ut*) in fraudem

legis locum sibi elegerit, vel ex praeda Numerar(*iorum no*)-bilissimae Urbi deformitati sit potius, quam decor(*i, ad ex-s*)tructionem eiusdem intra annum, si possessionibus (*decede*)-re non patitur; Magnificentiae tuae vigore cogatur. (*Pari*) etiam illos iubemus condicione retinendos, qui iuxta l(*e-gem*) Divi Patris nostri nonnulla ex praedicto iure fundo(*rum*) . . . . .

NOTAE.

Inedita.

Eutychiano PPo) Gessit iste Praefecturam Praetorio Orientis annis 396. 397. 398. 399. 405. quare, deficiente consulum nota, definiri certo nequit quo anno lex data fuerit.

Qui ob praedam) Palimpsestus luculentissimas has habet litteras *siuelitpraedae;* inficete. De voracitate, fraudibus, atque sceleribus Numerariorum multa congerit Gothofredus in paratitlo *de numerariis*.

Decedere) *Administratione decedere* l. ult. *ad l. Iul. repetund.*

Condicione retinendos) Palimps. *condicioni retinendi.*

COMMENTARIUS.

Constantinus M. urbem Constantinopolitanam civibus atque aedificiis frequentaturus sanciverat, ut possessores fundorum patrimonialium, qui in dioecesi Asiana vel Pontica siti erant, aedes in urbe Cpolitana excitare tenerentur, ibique domicilium collocare, ni fecissent, a praediorum possessione deiicerentur, vide Theodosii Novellam XII, quae legem Constantini abrogavit. Iam vero domus non pro lubitu civium exaedificari poterant, sed ad legum praescripta. Cautum enim erat, ne loca publica a privatorum aedificiis occuparentur l. 22. *de operib. publicis*, quod si quis ausus esset, aedificium solo aequabatur; deinde ne aedes privatae ornatui et commodo urbis officerent l. 2. D. *ne quid in loco publ.* quod ubi Curatores urbis animadvertissent, fiscus vel imponebat pecuniae summam, vel aedificium in publicum vindicabat exstructori impensas rependens; tandem ne cives sua aedificia adiicerent ad opera publica l. 25.

de operib. publ. Quum vero cives his legibus anteferrent lucrum suaque commoda, tum Arcadius Constantini legem instauraturus constituit: ut quicumque fundos patrimoniales in dioecesi Asiana vel Pontica possideret, demonstrare teneretur, sibi domum esse in urbe Constantinopolitana; qui vero vel non haberet, vel publicum locum in fraudem legis occupasset, vel suis aedificiis urbem potius deformasset, quam ornasset, is cogeretur a Praefecto Praetorio ad domum excitandam intra annum, secus a iure fundorum deiectus fuisset. Ideo vero Numerarii hac in lege commemorantur, quod, praeter cetera eorum officia a Gothofredo recensita in Paratitlo *de Numerariis*, Iudicum etiam praescripta de aedificiis nunciabant privatis, eaque ut executioni mandarentur curabant. Quare Maiorianus in Novella VI. ait: « Sancimus cuncta aedificia, quae « vel in templis aliisque monumentis a veteribus condita propter usum vel « amoenitatem publicam surrexerunt, ita a nullo destrui atque contingi, ut « Iudex, qui hoc fieri statuerit, quinquaginta librarum auri illatione feriatur, « apparitores vero atque numerarii, qui iubenti obtemperaverint, et sua nequ« tiquam suggestione restiterint, fustuario supplicio subditos etc. » Fieri ergo poterat, ut Iudicum animadversiones in privatos possessores aedium a cetero urbis decore dissonarum fraudarentur effectu suo ab avara Numerariorum cupiditate, quam cives tentabant lucri et praedae spe. Postremam legis partem utpote mutilam praetermitto.

(*TITULUS* * *)

(*DE AGRO DESERTO*)

(*Impp Valentinianus et Valens AA*)

* * * (*em*)eritis veteranis vel gentibus dividamus. Dat XVII Kal feb (*Me*)diolani Valentiniano et Valente AA conss. (365)

NOTAE.

De agro deserto) Ad hunc titulum pertinere mihi videntur leges huius folii. Illum in Breviario Alariciano omnino praetermissum fuisse nemo mirabitur, qui secum cogitet Wisigothos non tantum agros ab aliis desertos, verum etiam praedia ab aliis diligentissime exculta occupasse. Primae legis fragmentum fortasse iubebat agros desertos concedendos esse emeritis veteranis aliisve.

(*Idem AA A*)d Rufino PPo

Quicumque possidere loca ex desertis volue(*rint*) trienni immunitate potiantur. Qui vero ex desertis nonnihil (*agro*)rum sub certa professione perceperunt, si minorem mo(*dum*) professi sunt, quam ratio detentatae possessionis postulat, us(*que ad*) triennium ex die latae legis in ea tantum possessione perma(*nea*)nt, quam ipsi sponte obtulerunt; exacto autem hoc tempore (*scia*)nt ad integrae iugationis pensitationem se esse cogendos. (*Ille*), qui hoc sibi incommodum iudicarit, e vestigio restituat posses(*sion*)em, cuius in futurum onera declinat. Dat VIII id aug Mediolani (*Va*l)entiniano et Valente AA conss. (365)

PAGINÆ PARS.

Supplenda

	. . . . el
em	eritisueleranisuelgentib. diuidamus dat XVII K feb
me	d ualano et ualente aa pss
Id aa a	drufinum ppo quicumq. possiderelocaexdesertisuulue
rint	trienniimmunitatepotianturquiueroexdesertisnonnihil
agro	rumsubcertaprofessioneperceperuntsiminoremmo
dum	professisuntquamratiodetentatpossessionispostulatus
q.ad	trienniumexdielatelegisineatantumpossessiuneperma
nea	ntquamipsisponteobtularuntexactoautemhoctempore
scia	utadintegraiugationispensitationemsecessecogendus
ille	quihocsibiincommodumiudicariteuestigiurestituatposses
sion	amcuiusinfuturumuneradeclinat dat VIII id aug med
ual	ano et ualente aa pss
Id aa a	dmamertinum ppo peritaliamafanticiaeiugerationis
une	reconsistentib. patrimoniiasuperfusounumquemq.
trib	utariumadiectionemalicuidebitibaiularenondubiumest
ideo	q. desertaiugatioquaepersoniscarethastissubiciaturut
licit	ationisconpetitionefuturosdominossortiatureaenim

PAGINÆ PARS.

	Supplenda
babunturdintractactiampenesinedebitorib.debi	*tacon*
donenturcatamenrationeseruatautpriusdomin	*ilongi*
orib.temporummetisetdictisceleberrimiseuocn	*ntur*
quofaciliusspeinpunitatisadhabitoslaresetpropr	*iapraed*
iareuocenturactumdcmumintramsiummensem (si)	*quod*
spatiumsitisidoneumetuolentib.longumestnonad	*uene*
rintqoicumq.scsponteoptulerintnonobligandus	*deone*
repraeteritaproportionehocmodopossessionis	*infu*
turumannonariicanonisuectigalexpendatdeiur	*edo*
minietperpetuitatesecorus dat VIII K oct const	*p*
hon np et euodio ȝsa	
XII Id aaa tatiano ppo orientisqniagrosdominocessa	*nte*
desertosuellongepositosuelinfinitimisadpri	*uatum*
pariterpublicumq.conpendiumexcolerefestina	*tuo*
luntatisuaenostrumnoneritadesseresponsa	*mita*
tamenutsinacantiaedestitutosolononsecultor	*inse*
deritacuetusdominusintrabienniumeademads	

NOTÆ.

Inedita

Rufinum) Praefecturam Praetorio gessisse anno 365 constat ex l. 2. de *Pascuis*, l. 11. *de Numerariis*, aliisque.

Detentatae) Palimps. *detentat*, tum paullo infra sine diphthongo *late*.

COMMENTARIUS

Solebant praedia deserta vel civibus volentibus concedi, vel adiici praediis domini, qui alios opimos agros iam possidebat. Triennii vero immunitatem novis possessoribus indulgebant leges, vide l. 1. *de omni agro deserto* Cod. Iustin. Porro novus dominus *profitebatur* apud Censitores modum suae possessionis, hi vero in publico libro modum describebant, quod *adscriptio* dicebatur. Finge a novo possessore agri modum ita extenuatum fuisse, ut minor agri mensura adscripta fuerit censui demum subiicienda post triennium; eiusmodi fraus auctori suo patrocinari nequit: exacto enim triennio, possessor pendere debet integram iugationem, quae adamussim respondeat omnibus sui agri iugeribus. Si recuset, e vestigio restituat possessionem.

(*Idem AA a*)d Mamertinum PPo

Per Italiam afanticiae iugerationis (*one*)re consistentibus patrimoniis superfuso, unumquemque (*trib*)utarium adiectionem alieni debiti baiulare non dubium est; (*ideo*)que deserta iugatio, quae personis caret, hastis subiciatur, et (*licit*)ationis competitione futuros dominos sortiatur. Ea enim * * * * * * * * * * * *

Desunt complures versus.

NOTÆ.

Ineditae legis fragmentum latae anno 365, vel 367, his enim annis Mamertinus Praefecturam Praetorio gessit.

Afanticiae) De hac voce ex graeco fonte ἀφαντικὸς deducta, qua designabantur praedia *evanida*, seu sterilia, et caduca, confer Gothofr. ad l. 3. *de censitoribus*.

Consistentibus) Opimis patrimoniis, quae per se consistere possunt.

Superfuso) Quum inops praedium a peraequatoribus adiiciebatur opimo patrimonio, illud huic *superfundi* dicebatur.

Baiulare) Suspicor olim scriptum *baiulare non debere dubium non est.*

COMMENTARIUS.

Possessores praediorum sterilium, praesertim si reliquis gravabantur, ea solebant deserere. Praedia vero deserta peraequatores saepe ingerebant beatioribus civibus, seu, ut iuridicis verbis utar, ea superfundebant opimis patrimoniis. At novus dominus tenebatur ne reliqua debita desertoris suscipere? Cum aliis legibus (l. 15. *de censitoribus*, l. 1. *de fisci debitor.* etc.), tum hac nostra cautum est, ne novo domino superfundatur aes alienum desertoris, eiusque reliquum debitum erga fiscum. Quod vero ad desertam iugationem attinet, lex iubet illam hastae subiici.

(*Imppp Valentinianus, Theodosius, et Arcadius AAA*)

* * * (*la*)babuntur diu tracta etiam(*si*) pene sine debitoribus debi(*ta con*)donentur; ea tamen ratione servata, ut prius domin(*i longi*)oribus temporum metis et (*e*)dictis celeberrimis evoce(*ntur*), quo facilius spe inpunitatis ad avitos lares et propr(*ia praed*)ia revocentur: ac tum demum si intra maium mensem, quod spatium (*dis*)sitis idoneum et volentibus longum est, non ad(*vene*)rint, quicumque se sponte optulerit non obligandus (*de one*)re praeterito, pro portione hoc modo possessionis (*in fu*)turum annonarii canonis vectigal expendat de iur(*e do*)mini et perpetuitate securus. Dat VIII Kal oct Constpoli. Honorio NP et Euodio conss. (386)

NOTÆ.

Ineditae legis fragmentum.

Lababuntur) De hac voce vide l. 4. *de annon. et trib.*

Etiam si) Ex coniectura addidi *si*, ut probabilem sensum exsculperem.

Edictis) Palimps. *dictis.*

Avitos) Palimps. *habitos.*

Dissitis) Palimps. *sitis.*

Optulerit) Palimps. *optulerint.*

COMMENTARIUS.

Lex versatur circa dominos, qui praedia tributo obnoxia deseruerant, quia multo reliquorum onere obstringebantur, quae fisco non solverant. Sane si Censitores novam agrorum licitationem diu differunt, praedia ipsa *lababuntur diu tracta*; neque praediis, quae debitores pene deseruerunt (incertum enim erat utrum redire voluerint, nec ne) prodest reliquorum remissio. Quare ne gravius damnum aerario inferatur, desertores sollemnioribus edictis revocentur ad avita praedia, iisque commodum redeundi spatium concedatur; quod si intra praefinitum tempus non advenerint, praedia bastae subiiciantur. Iam vero quodnam esset eiusmodi temporis spatium *dissitis idoneum et volentibus longum* haud liquido apparet ex hoc fragmento; alias ergo leges consulamus. Lex 8. *de omni agro deserto* Cod. Iust. biennium praestituit, lex vero 11. *eiusd. tit.* sex tantum menses; quae discrepantia facile conciliatur, si diversum genus novi cultoris distinguamus in utraque lege propositum. Enimvero in l. 8. proponitur species: 1.° fundi sterilis ac derelicti, quem novus cultor ultro occupavit: 2.° fundi nondum tributo obnoxii, qui adeo triennii immunitate fruebatur; quare si priscus dominus intra biennium rediens ius suum vindicare voluerit, utique a novo cultore fundum recipiebat impensas ei resarciens, quibus agros meliores fecerat. At in lege 11. alia proponitur species: 1.° fundi culti, fertilis, atque obnoxii tributo, quod dominus solvere negligens multis se obstrinxit reliquis: 2.° fundi, quem novus dominus a peraequatore acceperat spondens, se canonem fisco soluturum; iam ne aerarium diu fraudaretur debito canone, non biennii, sed semestre spatium concedebatur profugo domino, ut ad suos lares rediret. Atqui fragmentum legis, quam expendo, pertinet ad alteram hanc cultoris ac fundi speciem; concedendum ergo erat sex mensium spatium. Atque ideo *maium mensem* a lege commemoratum fuisse existimo. Nam quum iudex mentem Imperatoris adiisset incertus, quid de aliquo agro deserto

statuendum esset, Imperator respondit, a. d. VIII Kal octob longam temporis metam concedendam esse, extremum vero utile tempus maio mense concludi. Octo quidem menses concedi videntur; sed qui secum recogitet, Imperatoris rescriptum ad iudicem perferendum fuisse, Iudicem debuisse edicta celeberrima sollemni modo per Imperium promulgare, is facile sentiet vix semestre spatium post publicam denuntiationem superfuisse domino desertori, atque adeo nostram legem apprime consonare cum l. 11.

XII Idem AAA Tatiano PPo Orientis

Qui agros domino cessa(*nte*) desertos, vel longe positos, vel in finitimis, ad pri(*vatum*) pariter publicumque compendium excolere festina(*t, vo*)luntati suae nostrum noverit adesse responsu(*m: ita*) tamen, ut si vacanti ac destituto solo novus cultor (*inse*)derit, ac vetus dominus intra biennium eadem ad s* * * * * * * * * *

NOTA.

Edita in Cod. Iustin. l. 8. *de omni agro deserto*, quam in superiore Commentario illustravi.

nentib.indulgeotiisanobispraestitisutin
itaturquidquidexaetumfueritamplissima
cae dat III non nou rau hon VIII et theod IIII aa ꝯss
Id aa aurelian oppo nullipaeoitusliceatsaluoca
onepriuatoi uresiuecuminiminutionecanonispa
trimonialiiure limitotrofisiuesaltuensesperori
entemfundos patrimonialespostularenemopotia
turiiset sisubreptiuaquidemidpromerueritpetiti
onepere pecialebeneficiumuelexquisitafraude
uelquolibet ar. . ultroinquemquamliberalitas
nostracon ocesseritquandoquidemnecenfiteutica
riodari propriumiusperpetitionemhuiusmodi . .
teritne ecanonialiquiddetrahiuelimminuietcumpriu
atisreb. reuocaridebueritfuturasprohiberecontec
obaspetitionesareemusutaprincipio . . .
tru#easgeneralisanetionemandemus . . . . ras
la boremfyteutieariusperorientempropriam
praerog at#uamretineatnecnouuspossessorisraali
anapertu rbet dat non aug constp hon a X et theod a VI ꝯss
Impp theod et ualanus aa . . . . etpatricioposession
asuelenfyt euticariipatrimonialesquifundosminimenuno
usq.compar arunt . . . . . donequaquamad
eorumcomp arationem . . . sedtamquampraetiis
depensis siccisnostrinominisbeneficiopotianturut
quodiuri salterinferendopraetiumeonseeutusestboo
nostralib eralitatepraedictusemfyteuticariushabeat
illudquoq.iu sinquib.coluitpraediisquodautexsuccessioneaut
comparati onepriuatasutnostrinominisliberalitateaut
quocum q.modopossediteciatinlibatumintemeratumq.
seruarisa nequispraestitisanostrapietatemindulgen
tiisasextaa dundecimamnupertransactamindictionem
omniumre liquorumsarcinauniuersisconcessaestpro
ptereaeorumqui postdecimamindictionemsecutisunt
perhocquo q.tempusinquodpatrimonialiumfundorum
canonper sistitnullumreliquorumexactiopraematnam
aliaultraa aquaecolebatminimeeoaturconpararesan
cimusq.nul lumpristinumcolonumuelpossessoremsu
perspati istemporissubsecutismolestiamautinquie
tudinems ustinere dat XIIII K iul constp hariouindo at
aspare ꝯss

* * * * *

I Impp constantiusetconstans aa adedictu *mepoli*
tanorumuniuersicognoscanthasposse *asionesquas*
defiscouostroconparassenoseunturnu *lloanobis*
iureretrahisedpropriafirmitateposseesa *asetiamad*
posterossnosdominiiperpetisdurabilit *atedimitti*
dat prid id febr antiochiae marcellino et pr *obino ;ss*
II Id aa adcuprycinmrationalemcomperimus *aliquorum*
iu . . . ionemquamhastisdecursisafiscoleg *itimeconpa*
raruntinmedinmproduciaeretractaricum *certumsit*
quemq.iurecomparataspossessionesuelu *illasse*
renitatisnostretemporefirmiusoptinerea *tq.adposta*
rossuostransmittera dat prid id feb antioch *iaemarcel*
liooetprobiano ;ss
III Impp ualanus et ual aa admamertinum ppo nni *uersaquae*
expatrimonionostroperarbitriumdiuaeme *moriaeiu*
lianiinpossessionesunttranslatatemplornm *sollicitudi*
nesinceritatistuaecumomniiureadrempriua *tamrursus*
rediremandamus dat X Kal ian med diuoioui *et uarr ;ss*
IIII Id aa adfloriannm c r p prouincialiumopi *b.comparandas*
possessionesconcedimusuidelicetutdefun *disaddiuedom*
usdomininmpertinentib.eligatunusquisq. *quemuelit*
cumq.perpetuoinresuscipiatpalatiistantum *hortisq.eor*
amiorepriuataesollicitudiocretentandishi *ueroquos*
commoditaspraediorumadeandempostulan *dasollicitat*
adeanttuaedicationisofficiumetmodumsua *edelibera*
tiooisindiceutperlibelloscertumq.habeant *quodcumuna*
quaq.uillacumeadoteuelformacuinunchab *aturobno*
xiasdnouinominiinramigraueritsiquidadc *iecaritaum*
tuscurasollertiaquidquidmaocipiorumuel *pecorisac*
creueritcapitationisautcanonisaugmentanoo *patiatur*
sedsolisdominisheredib.q.dominorumsit *censurafe*
licitas . . . . adglebamsenatusnc *cnonadpensi*
onesaurisineargenti . . . . ceteristene *anturonerib.*
easoladeuotionefungenturquamannooaria *atatutleen*
suspubliciratioeecanonsollemniseflagi *tatquiau*
teminanoissingulisnonsolueritdebitume *reipsina*
ceteraquodinreliquisremansisseclaruer *itsinealiqui*
b.cogeturindutiissanesiquemposteamious

. . . nentibus indulgentiis a nobis praestitis, ut in . . . itatur quidquid exactum fuerit amplissima . . . . eac. Dat III non novembris. Ravennae Honorio VIII et Theodosio III aa conss. (409)

NOTAE.

. . . *nentibus indulgentiis*) Fragmentum legis mihi quidem ignotae.

COMMENTARIUS.

In nota consulum emendavi *Theodosio III* pro eo quod est in Palimpsesto *Theodosio IIII*. Pertinent haec ad Rubricam, cuius titulum facerem *De fundis Patrimonialibus*, *Limitotrophis*, *et Saltuensibus*.

(*Idem AA Aurelian*)o PPo.

Nulli paenitus liceat, sive salvo ca(*none privato i*)ure, sive cum imminutione canonis, pa(*trimoniali iure*) limitotrofos, sive saltuenses per Ori(*entem fundos*) patrimoniales postulare. Nemo potia(*tur iis*, *et*)si subreptiva quidem id promeruerit petiti(*one per s*)peciale beneficium, vel exquisita fraude, (*vel quolibet*) ar(*tificio*) ultro in quemquam liberalitas (*nostra con*)cesserit; quandoquidem nec enfyteutica(*rio dari*) proprium ius per petitionem huiusmodi (*poterit*, *ne*)c canoni aliquid detrahi vel imminui, et cum priv(*atis rebus*) revocari debuerit. Futuras prohibere contenc(*iones cupientes*, *impr*)obas petitiones arceamus ut a principio . . . tru*eas generali sanctione mandemus . . . ras, (*et la*)bor enfyteuticarius per Orientem propriam (*praerog*)at(*i*)vam retineat, nec novus possessor iura ali(*ena pertu*)rbet. Dat non augusti. Constpoli Honorio A X et Theodosio A VI conss. (415)

NOTÆ.

Inedita lex Imperatoribus Honorio et Theodosio inscripta, sed a Theodosio data Aureliano, quem constat anno 415 Praefecturam Praetorio gessisse.

Salvo canone) Avaritia possessorum solebat; vel salvo canone possessiones patrimoniales transferre ad ius privatum, vel, manente pristino titulo, canonis imminutionem postulare. Extremae quinti versus syllabae *pa* addidi supplementum *trimoniali iure*, quod non satis mihi arridet; maluissem *pristino titulo*.

Limitotrofos) Palimps. *limitotrofis*. De vera nominis scriptura dicam in commentario.

Per Orientem) Lex enim ad Orientem pertinet.

Concesserit) Palimps. . . . *ocesserit*.

Futuras prohibere) Ex his verbis nullum grammaticum contextum, qui mihi se probaret expiscare potui; deest utique una aut altera vox. Sensus est: futuras prohibere contentiones cupientes, improbas petitiones arcemus (de improbis petitionibus vide titulum *de petition. et ultro datis*) atque possessionum iura, uti a principio constituta sunt, firma atque rata esse debere generali sanctione mandamus.

COMMENTARIUS.

Limitotrophi ii dicebantur fundi, ex quibus convehebatur annona ad limites imperii, ut miles limitaneus, qui imperii fines tuebatur contra barbarorum incursus, opportuna vectigalia haberet in horreis congregata; quare non *limitrophi*, sed *limitotrofi* scribendum est, ab alendis τροφεῖν militibus, quandoque enim eiusmodi fundi a limitibus imperii distabant aliquot dierum itinere. Quamquam, si novam coniecturam proponere licet, fundi alii erant *limitotrophi*, de quibus modo dicebam; alii *limitrophi*, quos militibus limitaneis colendos concesserant Principes, de his lege Perezium ad lib. XI. tit. 59. Cod. Iust. Limitrophi omni erant munere et canone vacui l. 3. *de fundis limitrophis* C. Iust. atque alibi saepe; limitotrophi canonem utique pendebant, atque erant huic praestationis generi obnoxii. Saltuenses fundi erant nemora vel pascua pastioni deputata, quae Princeps ea conditione provincialibus concesserat, ut sacra animalia ea depascendi ius haberent. Maxime ergo Imperatoris intererat, hos fundos in pristino iure manere, mutato enim possessionis titulo, vel miles limitaneus annona, vel divale pecus pabulo caruisset. Consonat

lex 13. *de fundis patrim. et saltuens.* C. Iust. en ipsa verba: « Nulli iam in « posterum licere praecipimus patrimoniales, seu limitrophos, vel saltuenses « fundos, qui per tractum Orientis positi sunt, ad ius transferre privatum, « sive adempto, sive salvo canone, iuris fundorum immutatio postuletur » vide etiam Theodosii Nov. 12 et 31. Scilicet privati, ut incommodum hoc ius a praediis suis amoverent, ea sive salvo canone ad ius transferebant privatum, vel imminuto canone possidenda postulabant; has vero translationes vel relevationes tuebantur praescriptione, aut divali adnotatione, aut pragmatica. Imperatoria huiusmodi rescripta irrita declararunt leges 8. 13. eit. tit. C. Iust. lex autem 14. consultum ivit praescriptionis iuri. Hisce in antecessum praestitutis, facile patet mens legis. Theodosius 1.° postulari vetat hos fundos iure privato: 2.° si fundi hoc iure iam possideantur, statuit eos ad res privatas Principis esse revocandos; 3.° ut improbas hasce petitiones arceat (seu, uti Theodosius habet in pari Novella 12, *omnes eiusmodi . . . . . petitionum materias inhibentes*) generali sanctione mandat repudiandas esse petitiones, ita ut novus possessor non turbet propriam laboris emphyteuticarii praerogativam.

(*Impp Theodosius et*) Valentinianus AA
(*Tauro PPo*) et Patricio.

Possessor(*es vel enfyt*)euticarii patrimoniales, qui fundos minime nunc (*usque compar*)arunt (*eodem largitatis mo*)do nequaquam ad (*eorum comp*)arationem (*urgeantur*), sed tamquam praetiis (*depensis*), sic eis Nostri Nominis beneficio potiantur, ut (*quod iuri*)s alter inferendo praetium consecutus est, hoc (*Nostra lib*)eralitate praedictus enfyteuticarius habeat. (*Illud quoque iu*)s in quibus coluit praediis, quod aut ex successione, aut (*comparati*)one privata, aut Nostri Nominis liberalitate, aut (*quocum*)que modo possedit, sciat inlibatum intemeratumque (*servari. Sa*)ne quia,

praestitis a Nostra Pietate indulgen(*tiis a sexta a*)d undecimam nuper transactam Indictionem, (*omnium re*)liquorum sarcina universis concessa est; pro(*pterea eorum, qui*) post decimam Indictionem (*ob*)secuti sunt, (*per hoc quo*)que tempus, in quod patrimonialium fundorum (*canon per*)sistit, nullum reliquorum exactio praemat; nam (*alia ultra e*)a, quae colebat, minime tenebatur comparare; san(*cimusque nul*)lum pristinum colonum vel possessorem su(*per spati*)is temporis subsecutis molestiam aut inquie(*tudinem s*)ustinere. Dāt XIIII Kāl iūl Constpoli Hariovindo et (*Aspare conss.*) (434)

NOTÆ.

Prima pars legis usque ad ea verba *Sane quia praestitis* edita est in Cod. Iustin. lib. XI. tit. 61. l. 12; pars reliqua nunc primum lucem videt. Huic coniungenda est l. 15. *de indulgentiis debit.*

Tauro ppō) Haec supplevi ad fidem Cod. Iustiniani. In hoc desideratur Patricii nomen, quo tamen Taurus insignitur l. 15. *de indulg. debit.* et l. unic. *de bonis clericorum.*

Possessores) Ita Cod. Iustin. Erat in Palimpsesto *possession* . . ., ut adeo scriptum fuisse credam *possessiones.*

Compararunt) *Comparaverunt* Cod. Iustin.

Nominis) *Numinis* Cod. Iust., ita etiam paullo infra. Vocabulum *nomen* saepe ab Hebraeis atque Orientalibus usurpatur pro ipso homine; sic *nomen meum*, nempe *ego*. Contra *Numen* Ethnicam superstitionem sapit, quam Christiana tempora sedulo vitabant.

Pietate) *Pietatem* Palimps.

A sexta ad undecimam) Hanc indulgentiam anno 433. promulgatam servavit lex 16. *de indulgent. debit.* in qua Valentinianus haec habet *a sexta indictione . . . ad undecimam nuper transactam . . . reliqua indulgemus.*

Obsecuti) Palimps. *secuti.*

Tenebatur) Palimps. *euatur*, seu, ob facilem permutationem litterarum *u* et *b*, *ebatur*; equidem emendandum censui *tenebatur.*

COMMENTARIUS.

Lex 9. *de omni agro deserto* C. Iust. decreverat, ut qui fundos patrimoniales iure privato, salvo canone, possidebant, omnes, sine ullius exceptione personae, vel susciperent steriles agros, vel opimioribus cederent; eo etiam spectant aliae leges, quae de adiectione fundorum sterilium, vel de novorum praediorum comparatione leguntur in utroque Codice. At quum complures possessores nulla predia comparassent, vexabantur a iudicibus contendentibus: 1.° nova praedia ab ipsis omnino comparanda esse: 2.° ob violatam legem, nullam ipsis concedendam esse indulgentiam debitorum, quam Theodosius superiore anno 433. emiserat omnia reliqua ab anno 408. ad 428 condonans: 3.° ipso possessionis iure spoliandos esse, utpote qui patrimonialium fundorum onera subire detrectaverant. Contra Theodosius definit: 1.° *eodem largitatis modo*, quo scilicet reliqua debita condonaverat, possessores urgendos non esse ad novorum praediorum comparationem: 2.° beneficio indulgentiae uti posse, non secus ac illos, qui revera inopes agros comparaverant, eorumque pretium in aerarium intulerant: 3.° ius emphyteuticum quocumque tandem modo ad ipsos delatum sartum tectumque servandum esse. Verum Theodosius dum liberalitate erga istos utebatur, iniustus videri poterat erga eos, qui iussis obsecuti comparaverant inopia praedia; quare in altera legis parte ita consultum ivit huic iniustitiae. Concessimus, inquit, reliquorum indulgentiam a VI. ad XI indictionem; hac usi sunt universi possessores; sed illi, qui post X. indictionem, nempe post annum 427. legi obsecuti alia praedia compararunt, nova fruantur indulgentia ad hoc usque tempus, nempe ad annum 434; neque enim tenebantur nova praedia comparare.

Ex dictis patet hanc legem fuisse praeteritae indulgentiae declarationem, atque novae promulgationem. Iam vero Tribonianus omittendum esse censuit quidquid ad indulgentiam debitorum pertinebat, utpote temporarium; pauca vero attexuit de potestate servorum manumittendorum, quae lex nostra desiderat.

* * * * * * * * *

I. Imp̄p̄ Constantius et Constans ĀĀ ad Edictu(*m Cp̄oli*)tanorum

Universi cognoscant has posse(*ssiones quas*) de fisco nostro comparasse noscuntur, nu(*llo a nobis*) iure retrahi, sed propria firmitate possess(*as etiam ad*) posteros suos dominii perpetis durabilit(*ate dimitti*). Dāt prīd īd febrūar Antiochiae Marcellino et Pr(*obino conss̄*) (341)

NOTÆ.

Asteriscis indicavi titulum, qui evanidus est in Palimpsesto. Eum *de fundis rei privatae* inscribendum esse existimo cum ex legum natura, tum ex simili titulo, qui in Codice Iustinianaeo legitur lib. XI. tit. 65.

Edita in Cod. Iust. lib. XI. tit. 65. l. 1. ibi tamen inscribitur *Imp. Constantinus Ā*, sed Dionysius Gothofredus in uno Codice scriptum legit *Imp. Constantini Edictum ad Constantinopolitanos*, in aliis vero libris *Imp̄p̄ Constantinus et Constans AA ad Heliodorum*. Iam qui has librorum varietates conferat cum nostra lege, quae insignem diei et consulum notationem praesefert, facile mecum consentiet in proposita lectione.

Conparasse noscuntur) *Comparaverunt seu comparant* ita Cod. Iustin. ne lex videatur solas praeteriti temporis comparationes respicere.

Perpetis) *Perpetui* Cod. Iustin.

II Īd ĀĀ ad Cuprycium Rationalem

Conperimus (*aliquorum*) iu(*gat*)ionem, quam hastis decursis a fisco leg(*itime conpa*)rarunt, in medium produci ac retractari, cum (*certum sit*) quemque iure comparatas

possessiones vel v(*illas Se*)renitatis Nostrae tempore firmius optinere, a(*tque ad poste*)ros suos transmittere. Dat prid id febr. Antioch(*iae Marcel*)lino et Probiano conss. (341)

NOTÆ.

Cuprycium) Legi quoque potest *Eupricius*, utroque modo ignotus.

Hastis decursis) Eadem locutio occurrit l. 2. *de fide et iure hastae*, et l. 1. *de fisci debitor.*

Villas) De villis, quae locabantur, mentionem iniicit sequens lex.

Probiano) Plerumque scriptum legi *Probino*, tamen Fasti Flor. mio. πρoβιανὸς scribunt.

COMMENTARIUS.

Inedita

Iterum hac lege cautum est firmitati possessionum, quas provinciales a fisco auctionante comparaverant, quo spectat etiam titulus Cod. Iustin. *ne fiscus rem quam vendidit evincat.* Scilicet vel ob fisci avaritiam, vel ob sollemnitates hastarum illegitime habitas (ideo in fine alterius versus mutilam vocem *leg* supplevi, ut esset *legitime*) quandoque quae semel a fisco divendita fuerant retractabantur. Quare quum conductores possessionem praediorum incertam notare viderent, alii cultoram praeterhabebant, alii fundos ipsos deserebant, omnes aegre ab hasta emebant vel locabant praedia, quae incommoda maximum afferebant detrimentum rei privatae. Hanc porro legem ad fundos iure perpetuo acquisitos spectare declarant postrema verba *atque ad posteros suos transmittere.*

III. Impp Valentinianus et Valens AA ad Mamertinum PPo.

Uni(*versa, quae*) ex patrimonio nostro per arbitrium Divae me(*moriae Iu*)liani in possessione sunt translata templorum, (*sollicitudi*)ne Sinceritatis tuae cum omni iure ad rem priva(*tam rursus*) redire mandamus. Dat X Kal ianuar Mediolani Divo Iovi(*ano et Varroniano conss*) (364)

COMMENTARIUS.

Inedita. Iulianus posteaquam abusus Christianis Ecclesiis multa Deorum templa refecerat, possessiones iisdem atque sacrificulis de re privata attribuerat. Porro patrimonium privatum valde auctum fuisse reor Christianorum bonis, qui vel proscribebantur, vel capitali supplicio plectebantur, ita ut Ethnica templa dedicata et aucta fuerint Christianis spoliis. Sane Gregorius Nazianzenus (*Orat.* IV. n.° 86. *ed. Maur.*) Iulianum increpat ob votivorum donorum ac pecuniarum expilationem non magis ab impietate, quam ab avaritia profectam. Quae quum ita sint, Valentinianus abrogaturus impias Iuliani leges censuit distractos fundos rei privatae iterum vindicandos esse. Parem legem in Oriente tulerat Valens, quam integram describere iuvat: *Impp. Valentinianus et Valens AA ad Caesarium Com. R. P. Universa loca, vel praedia, quae nunc in iure templorum sunt, quaeque a diversis Principibus vendita vel donata sunt, retracta ei patrimonio, quod privatum nostrum est, placuit adgregari. Dat. prid. non. febr. Med. divo Ioviano et Varroniano conss.* Si fides Gothofredo hanc legem 8. *de iure fisci* illustranti concedenda est, lex lata fuit a Valente Medianae prid. non. novemb. Iam nostra auctorem habet Valentinianum, ut nullus supersit Tillemontio *Hist. des Empereurs tom.* V. *p.* 7. dubitandi locus, utrum Valentinianus eadem de templis Ethnicorum senserit ac Valens, nec ne; data fuit Mediolani, qua in urbe ante Kal. ianuar. versabatur Valentinianus, uti constat ex l. 14. *de operib. publ.*

IIII. Id AA ad Florianum CRP

Provincialium opi(*bus comparandas*) possessiones concedimus, videlicet, ut de fun(*dis ad Divae dom*)us dominium pertinentibus eligat unusquisque (*quem velit*); eumque perpetuo iure suscipiat, palatiis tantum (*hortisque eor*)um in rei privatae sollicitudine retentandis. Hi (*vero, quos*) commoditas praediorum ad eadem postulan(*da sollicitat*), adeant tuae Dicationis officium, et modum sua(*e delibera*)tionis

indicent per libellos, certumque habeant, (*quod cum una*)-quaeque villa cum ea dote vel forma, cui nunc hab(*etur obno*)xia, ad novi domini iura migraverit, si quid ad(*iecerit sum*)tus cura, (*vel*) sollertia, quidquid mancipiorum vel (*pecoris ac*)creverit, capitationis aut canonis augmenta non (*patiatur*), sed solis dominis heredibusque dominorum sit (*cessura fe*)licitas. (*Munera vero, quae*) ad glebam Senatus, ne(*c non ad pensi*)ones auri sive argenti (*spectant, quin*) ceteris tene(*antur oneribus*), ea sola devotione fungentur, quam annonaria (*statuti cen*)sus publici ratione canon sollemnis efflagi(*tat. Qui au*)tem in annis singulis non solverit debitum, e (*re ipsius*) cetera, quod in reliquis remansisse claruer(*it sine aliqui*)bus (*dependere*) cogetur indutiis. Sane, si quem postea minus . . . . .

NOTAE.

Ad Florianum) *Ad Flavianum* Cod. Iustin. sed perperam, vide me in Commentario.

Rei privatae) *Reprivatae* Palimps.

Ad eadem) *Ad eandem* Palimps.

Dicationis) *Dignationis* C. Iust. Inter titulos Praefecti ille etiam recensebatur *Dicationis tuae*, vide Gothofredum in *Glossario nom.* ad v. *Dicatio*.

Quod cum unaquaeque) Particula *cum*, quae desideratur in Cod. Iustin., contextui opportuna videbatur. In Palimps. erat *quaque*.

Domini) *Nomini* Palimps.

Adiecerit) *Adc* Palimps. puncto imposito.

Vel sollertia) Addidi *vel* ex Cod. Iustin.

E re ipsius cetera) *Ex re ipsius* Cod. Iust. Vox *cetera* coniungenda est cum *re*, ut sit ex aliis possessoris bonis.

COMMENTARIUS.

Maximam partem edita in Cod. Iustin. l. 2. *de fundis rei priv.* Inediti sunt primi versus legis usque ad verba *hi vero quos commoditas*; neque etiam editi fuerant illi *Munera vero . . . canon sollemnis efflagitat.* In C. Iust. perperam inscribitur *ad Flavianum Com. R. P.* Florianus enim Comitiva rei privatae fungebatur, vide Gothofredum in *Prosopogr.* ad v. *Florianus.* Iam cum hic patrimonium privatum in Occidente administraverit ab anno 364 ad annum 367, atque superior lex data fuerit desinente anno 364, facile colligo hanc legem a Valentiniano datam fuisse intra annos 365-367. Rem privatam auxerat Iulianus proscriptis multorum Christifidelium bonis, amplificavit praeterea Valentinianus templorum praediis, vide l. super. Multae itaque vacabant possessiones, quae, ne res censuaria aliquid detrimenti caperet, concedendae erant vel conductionis titulo, vel perpetuo iure. Sed ut provinciales ad novorum praediorum locationem facilius accederent, eae leges a Valentiniano ferendae erant, quae possessores praediorum rei privatae securos redderent a Rationalium avaritia, eorumque conditionem in posterum meliorem facerent. Haec porro, monente Gothofredo ad l. 4. *de conl. fund. patrim.* praestiterat Valentinianus celebri Constitutione, cuius duo fragmenta supersunt l. 1. 2. *de pascuis*, atque mentio fit l. 3. *de locat. fund. iur. emphyt.* et l. un. *qui conduct. rei priv.* Quare facile suspicor nostram hanc legem ex eadem Constitutione excerptam esse, atque adeo datam fuisse anno 365. Quod vero propius ad legem pertinet, a fundis privatae rei perpetuo iure concedendis eximuntur Palatia, quae ita unius Imperatoris usui consecrata erant, ut facultas manendi intra Palatia omnibus, etiam iudicibus, interdicta esset l. 1. *ne quis in Pal. maneat.* A Palatiis distinguendae sunt domus rei privatae, quae, praesertim si fatiscerent, alienari poterant, vide Gothofredum ad l. 2. *de domib. ad rem priv. pertin.* Mutilam lineam expleturus addidi *hortisque eorum*, syllabam superstitem *am* mutans in *um*; sane horti areaeque palatiis adiacentes haud concedebantur provincialibus: mea tamen coniectura haudquaquam mihi arridet. Addo neque etiam postulari potuisse eas possessiones; quae cum magno censu, tectorum ambitu, Palatiis erant magis aptae, quam praediis, l. 16. *de petition. et ultro datis.* In verbis *Munera vero quae* credo me propius veritatem attigisse; constat enim perpetuarios fundos ab extraordinariis muneribus immunes fuisse, vide l. 12. 13. 20. *de extraord.*

Supplenda	
	mofficiumresprivataecanon
es	enfateuticiannonassacrislargitionib.pendan
ti	Iludetiamquodhisfundisueliurisreip.praeteran
nuum	canonemperaequatioinposuitpriuatislargitio
nib.inf	eratur dat V Kal iul theodoro uo cs
Imppp arc	hon et theod aaa siluano crp quipraediado
musn	ostraeperpetuoiuredetentantiuxtatenoremprae
sen	tisiussinniamaturiusexiganturtuumetiamom
niar	eliquaquaehucusq.officiipalatinIneglegentiare
lique	runtparicuraconpulsaprotiuuspriuatoaerarin
nost	roinferantur dat III non oct rau stiliconeetanth css
Id aaa	uolusiano crp quidquidpraediorumextempore
quoc	lementiaenostraepateriamhumanaminceles
tem	eternitatemmutauitderepriuatanostraneldnna
tum	iuredirectoperuenireinonstraturadquamcum
q.per	annamauferendumserenitasnostradecernat
dat	III K dec rau basso et filippo css
Impp h	on et theod aa chereali crp neomnipatrimonio
domu	saeternabilisuenditionib denudeturpraecep
tam	praeteritiltemporisantiquatamdistractionem
uolu	musconquiescereatq.indominoaeternabiliuni
uers	apraediaquaeexpromulgataeauctoritatisdiere
liqua	fuerintretinereilludtamensollicitapraecipimus
ordin	ationeconstituiutsipraetiaquaesbemptorib.in
latasu	ntintraprouinciasretinenturneeadsacratissimu

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
Imp̄ . . . .
. . . .
necess . . . . . .
turaeconstitutionis . . . . .
possideri . . . . .
tran . . . . . .
nondeeiusdem . . . .
turqu . . . . . .
tributo . . . . . .
nerumquotiens . . . .
ninostriplacueritnenundari . . .
teconsortib.suisgrauis . . . sistatsed . . .
duouelpluresexsimilioriginesciureuenientes . . .
dietaemptionesucientur dāt . . . dēē constp the . . .
et ualāno . . .
Id āā iohanni c̄r̄p̄ . . . . iuspriuatumdiu . . .
muiper . . . . .
censemus . . . possessionib . . .

* * * m officium rei privatae canon(*es*) enfyteutici, annonas sacris largitionibus pendan(*t*; *i*)llud etiam, quod his fundis, vel iuris Reipublicae praeter an(*nuum*) canonem peraequatio inposuit, privatis largitio(*nibus inf*)eratur. Dat V Kal iul Theod UC cons. (399)

COMMENTARIUS.

Inedita lex.

Utinam integra ad nos pervenisset! dispexissemus enim qua ratione munera Comitis Sacrarum Largitionum distinguerentur ab illis Comitis Rei Privatae. Ceterum canones enfyteutici rei (ita enim legendum pro *res*) privatae pendebantur Comiti privatarum largitionum; annonae seu annua tributa fundorum iuris publici inferebantur in arcam Comitis Sacrarum; quidquid vero, praeter statutum canonem, a peraequatoribus imponebatur fundis vel privatae rei (quandoque enim concessa immunitate fraudabantur, vide l. 5. *de annon.* l. 2. *de indiction.*) vel iuris publici, omnia condebantur in arca privatarum largitionum, quod maxime adnotatione dignum est. Haec pagina ad titulum *de fundis rei privatae* pertinuisse videtur.

(*Imppp Arcadius*), Honorius et Theodosius AAA
Silvano CRP

Qui praedia do(*mus N*)ostrae perpetuo iure detentant, iuxta tenorem prae(*sen*)tis iussionis maturius exigantur, tum etiam om(*nia r*)eliqua, quae hucusque officii Palatini neglegentia re(*lique*)runt, pari cura conpulsa protinus privato aerario (*nost*)ro inferantur. Dat III non octobris. Ravennae. Stilicone et Anthemio conss. (405)

NOTÆ.

Silvano) Addendus Comitibus Rei Privatae in Occidente.

Qui praedia) Nominativus absolutus; scribendum fuisset *quod pertinet ad eos, qui praedia . . . ab iis canones maturius exigantur.*

Tum etiam) *Tuum etiam* Palimps.

Inedita lex, eaque apertissima ut commentario non indigeat.

Idem AAA Volusiano CRP

Quidquid praediorum ex tempore, (*quo C*)lementiae Nostrae Pater iam humanam in caeles(*tem*) aeternitatem mutavit, de re privata nostra vel dona(*tum*) iure directo pervenire monstratur ad quamcum(*que per*)sonam, auferendum Serenitas Nostra decernit. (*Dat*) III Kal decembris. Ravennae. Basso et Filippo conss. (408)

NOTÆ.

Inedita

Volusiano) Addendus Comitibus Rei Privatae in Occidente.

Decernit) *Decernat* Palimps.

III. Kal) Eadem diei, anni, et loci nota legitur in l. 1. *ut nemo priv. tit. praed.* Cod. Iust.

COMMENTARIUS.

Quanto odio Honorius in Stiliconem exarserit, ut eum capitali supplicio plectendum iusserit die X. Kal. sept. huius anni 408, norunt omnes, qui prima historiae elementa legerint. Bona Stiliconis eiusque Satellitum proscripta atque divali aerario addicta fuerunt l. 20. 21. 22 *de bonis proscript*; Satellites ipsi, scilicet socii atque amici Stiliconis ingressu urbis Romae, et cuiuscumque urbis, in qua Imperator versaretur, prohibebantur l. 20. *de poenis*; par interdictum latum fuit in Beneficiarios Stiliconis, scilicet in eos, qui litteras emeritae militiae ipsius vel satellitum suffragio meruerant. Maiora addit Zosimus

lib. V. *p.* 811. memoriae perhibens, proscripta quoque fuisse omnia praedia eorum, qui Stiliconis tempore dignitate aliqua ornati fuerant; quod Tillemontius *Hist. des Empereurs t.* V. *p.* 574. vix credere potest. Cum hisce in Satellites Stiliconis animadversionibus consonat nostra lex, quae, non secus ac leges superius commemoratae, data fuit haud multo post eius mortem. Stilicon enim imperium, tributa, rem privatam, atque Honorium ipsum pro lubitu suo administrans multas fecerat de privato patrimonio Principis largitiones, quibus amicos sibi conciliare satagebat. Honorius itaque amicos Stiliconis bonis spoliaturus, simulque rem privatam pessumdatam restauraturus constituit irritas esse universas praediorum donationes, quae ab obitu Theodosii (quo tempore Stilicon Honorii tutor imperium administrare coeperat) ad necem Stiliconis factae fuerant; quod ut significaret efficacioribus verbis, iis usus est *vel donatum iure directo*, scilicet, etiamsi praedium donatum fuisset iure pleno, solido, atque ita certo, ut labefactari posse haud videretur. De *iure directo* lege Gothofredum ad l. 2. *de iure fisci.* De particula *vel*, quae notat *etiam*, vide eundem in *Glossario Nominum* ad v. *vel.* Si qui autem velint alterum *vel* supplere, atque legere ex. gr. *vel donatum*, *vel iure directo*, eos moneo, vix quatuor litteras supplendas esse initio cuiusque versus, et consonam *m* spatium duarum litterarum occupare solere.

Impp Honorius et Theodosius AA
Chereali CRP

Ne omni patrimonio (*domu*)s aeternabilis venditionibus denudetur, praecep(*tam*) praeteriti temporis antiquatam distractionem (*volu*)mus conquiescere, atque in domo aeternabili uni(*vers*)a praedia, quae ex promulgatae auctoritatis die re(*liqua*) fuerint, retinere. Illud tamen sollicita praecipimus (*ordin*)atione constitui, ut si pretia, quae ab emptoribus in(*lata su*)nt, intra provincias retinentur, nec ad Sacratissimum * * * * * * * * * * *

Desunt complures versus.

NOTÆ.

Ioedita lex.

Chereali) Addendus Comitibus Rei Privatae.

In domo) Palimps. *in domino*.

COMMENTARIUS.

In superiore titulo, lege IIII. vidimus a Valentiniano et Valente anno 365. universas possessiones rei privatae venales propositas fuisse provincialibus, quae adeo iure perpetuo acquiri possent. Nescio an aliae similes leges editae fuerint post annum 365. Iam quum multa praedia veodita fuerint, atque patrimonium possessionibus fere exhaustum esset, Priocipes ceusuerunt hanc distractionem compesceodam esse; atque haec est prima legis pars. Altera pars praecipiebat, ut pecunia, quam emptores solverant arcario provinciae, quantocius transmitteretur ad S. Comitatum; fortasse tempus transmissionis praefiniebatur, atque poenae in dilatores proponebantur. De pecuniae transmissiooe extat *l.* 1. *de canone largit. titul.* Cod. Iust. et l. 7. *de susceptorib. praepos.* eiusd. Cod.

Im(*p̄p̄ Theodosius et Valentinianus ĀĀ*)

... necess ... turae constitutionis ... possideri ... tran ... non de eiusdem ... turqu ... tributo ... verum quotiens (*alicui colonorum agrum privati patrimo*)ni nostri placuerit venundari; (*non unus tantum, qui for*)te consortibus suis gravis a(*c molestus ex*)sistat, sed (*alii quoque*) duo vel plures ex simili origine ac iure venientes (*in supra*)dicta emptione socientur. Dāt ... decembris. Cons̄tpoli. The-(*odosio* * *) et Valentiniano * * (*cons̄s.*)

COMMENTARIUS.

Maxima pars, quae in Palimpsesto nulla oculorum acie legi potest, est inedita. Pars *Quotiens alicui .... emptione socientur* extat in Cod. Iust. l. 6. *de agricolis et manc. dominic.* In Codice Iustinianaeo inscribitur *Valerio PPo.*, sed lege *Valerio CRP*; nam natura legis ea est, quae ad rem privatam spectet, tum l. 32. *de petitionibus*, quae anno 425. Cpoli data fuit, *Valerio Com. R. P.* inscribitur. Codex Iustin. caret nota diei, loci, et Consulum, quam supple ex nostro Palimpsesto. Iam vero quamvis Theodosius et Valentinianus consulatum gesserint annis 425. 426 et 430. hanc legem referendam esse censeo ad annum 425. tum ob legem *de petitionibus* mox commemoratam, tum quia in Palimpsesto post vocem *ualāuo* superstes mihi videtur littera *c* initialis tituli *caesaris.*

Idem ĀĀ Iohanni C̄R̄P̄

. . . . ius privatum diu . . mus per . . . censemus . . . possessionibus.

SUPPLENDA

itpraeindiciumfierinonputemurenmhisinser
oexamin ciudiciiconstitutisquodquidemactorumintratem
pusexi bitorumtenoremmonstrabituroecupatioamplis
simisen atnsuelquaelibetratiniudiciariaedilatinnisuoce
reneque atitaquebacamotaformidinecausaeuiusq.prosuome
ritouen tileturutsiquidiubnlusmodicausaiamdepraeiudi
cintem poriaexententiastatuaturfirmumpermaneatin
offici alisueronisiintraqninq.mensesnominatnsadmo
nueri ntintraseptemetiamcausaexcusationescognoscipro
uirib.i natautermanendoperfecerintpoenamlegediuina
lentis statuatainminereairaccipimusetquiamultireifami
liaris angustiaeishacedirionedilationemnecessariamfac
iunt trienniidilatioquaeligebisdemconcessafueratob
excus atinnemnimirummunerisexolebitquiascilicetin
*oconnntamlongisadreparationemspatiisindigent
tamen idmagnitudistuaeadq.ordinisamplissimidandum
statu imusutconsideratisallegatinnib.etfortunisho
minu mbisquib meritodeferripoteatbiennuueltri
ennii autetiamquinniisreexigeritindutiaepraebean
turq uodquidemnecessitatiseatueletiammediocrita
tisso la* mnnnuoluntariaedeleeinsaeuoluptatis
uacat iontcupiosietiamadlucutesdiuitiishisndutiis
frua ntur dat prid id iun constp basso et filippo ɔss.

* * * * * * *

Imppp g rat nalanus et theod aaa adclearchum pu nihilest
tamin iuriosminconseruandiseteustodiendisgradi
b.dign itatumquamusurpationisambitoperiteuimom
nisp raerogatiuamrritornmsiabsq.respectueteunc
templa tinneuelqualitateetiampruuectinnismeritae
custo diendihonurislocuspraesumiturpotiusquam
tenet urutautpotiorib.cripiaturidquodeatdebitumaut
inferi orib prositquoduideturindebitum dat IIII K ian constp
mero baude II et saturninn ɔss.
Id aaa a dpraetextatum ppo celsitisrecordationisualentiu
ianusg enitornominianostrisingulisquib.q.dignitatib.cer
tuml ocummeritumq.praescribsisiquisigiturindebitum
sibiln eumusurpaueritnullaseignorationedefendatsit
q.pla nasacrilegiireusquidiuinaprae cp sneglixerit
dat XII K iun merichum et clearchn ɔss.

LIBER VI

(*TITULUS IV*)

(*LEGIS POSTREMAE DATAE AB HONORIO ET THEODOSIO FRAGMENTUM*)

. . . it praeiudicium fieri non putemur; cum his in ser(*o examin*)e iudicii constitutis, quod quidem actorum intra tem(*pus exi*)bitorum tenore monstrabitur, occupatio Amplis(*simi Sen*)atus, vel quaelibet ratio iudiciariae dilationis noce(*re neque*)at. Itaque, hac amota formidine, causa cuiusque pro suo me(*rito ven*)tiletur, ut si quid in huiusmodi causa iam de praeiudi(*cio tem*)poris ex sententia statuatur, firmum permaneat. In (*Offici*)ales vero, nisi intra quinque menses nominatos admo(*nueri*)nt, intra septem etiam causas excusationis cognosci pro (*viribus i*)nstanter monendo perfecerint, poenam lege Divi Va(*lentis*) statutam imminere praecipimus. Et quia multis rei fami(*liaris*) angustiae in hac editione dilationem necessariam fac(*innt*), triennii dilatio, quae lege hisdem concessa fuerat ob (*excus*)ationem nimirum muneris, exolebit; quia scilicet in .... oeo non tam longis ad reparationem spatiis indigent. (*Tamen*) id magnitudinis tuae adque Ordinis amplissimi (*iudicio*) dandum (*statu*)imus, ut, consideratis allegationibus et fortunis ho(*minu*)m, his, quibus merito deferri potest, biennii, vel tri(*ennii*), aut etiam quinquennii, si res exigerit, indutiae praebean(*tur*, *q*)uod quidem necessitatis est vel etiam

mediocrita(*tis so*)la(*tiu*)m, non voluntariae deleciosae voluptatis (*vacat*)io, ut cupiosi etiam adfluentes divitiis hiis indutiis (*frua*)ntur. Dāt p̄rid id̄ iūn Consīpoli. Basso et Filippo conss̄. (408)

NOTÆ.

Inedita. Titulus IV. libri VI, qui inscribitur *de Praetoribus et Quaestoribus* leges exhibet duas supra triginta, nec non fragmentum trigesimae tertiae; reliqua tamen pars huiusce tituli desideratur, quum in Codice Lugdunensi integrum folium malo fato perierit. Hanc lacunam quadantenus explet membrana Taurinensis, quippequae tenet fragmentum postremae legis.

Putemur) Fortasse reponendum *patiemur*, vel *putemus*.

Sero examine) *Futuri examinis iudicium non moretur* l. 22. h. t.; *serae voluerit merita defensionis ostendere*. ibid.

Tenore) Palimps. *tenorem*.

Occupatio) *Per occupationem eius iudicis* etc. l. 4. *de reparat. appell.*

Ex sententia) Palimps. *exententia*.

Officiales) Palimpsestus . . . *alis*.

Excusationis) Palimps. *excusationes*, tum paullo infra *statunta*, *multi*, *lige*.

. . . *oeo*) Non habeo quod reponam; pronomen *eo* substantivo nomini subiunctum male me habet. Sensus postulat *plerumque*.

Iudicio) Contextui hiulco addidi hanc vocem.

Magnitudinis) Palimps. *magnitudis*, et paullo post *quinniisire*.

COMMENTARIUS.

De excusationibus a Praetura insignis est lex 22. h. t. quae statuit: 1.° ut Officiales Praefecti Urbi designatum Praetorem certiorem faciant intra quintum mensem de munere ipsi collato; ni faciant, decem auri librarum pondere multentur: 2.° ut a Praetore designato excusationis causae intra septem menses proponantur Iudicibus; quo tempore elapso, nulla spes sit reparandi allegationes. Quid vero si Iudices cognitionem causae ultra septimum mensem prorogent? Si per Officiales steterit, quominus designatus Praetor intra utile tempus

excusationes suas ad Indices miserit, multae declarabantur obnoxii. At Officiales, ut legis a Valente latae animadversionem vitarent, solebant culpam in Praetorem refundere; contra hic, ne praeiudicio temporis opprimeretur, decertabat, simulque Officiales dilationis reos incusabat. Itaque ut hisce incommodis occurreret Princeps, hac lege: 1.° instaurat sanctionem a Valente latam in Officiales, nisi intra quinque menses de nominatione certiorem fecerint Praetorem; simulque addit, nisi intra septem menses excusationis causas a Iudicibus cognoscendas curaverint, instanter monendo Praetorem, ne iste ignorantiam facti posset suae tarditati obtendere: 2.° iubet Praetorem tranquillo animo esse, quamvis sententia a Iudicibus ultra septimum mensem differatur. Si enim acta intra utile tempus obtulerit Iudicibus, eius causae nocere nequit occupatio Ordinis Amplissimi aliis curis distenti, vel quaelibet alia ratio iudiciariae dilationis. At si causam laborare praeiudicio temporis Iudices decreverint, Praeturae onus nulla ratione effugere poterit: 3.° Quid vero si res familiaris Praetoris vel aere alieno gravata, vel reliquis obnoxia, eiusmodi fuerit, quae post decimum annum dubiam Iudicibus spem fecerit, ut designatus vir fungi possit editionum munere? Triennii dilatio concedebatur a lege, quae ex hoc uno fragmento innotescit, ita ut anno a nominatione tertiodecimo obirent Praeturae munus. Sed triennii dilatio quum Theodosio iuniori aequo amplior visa fuisset, plerisque enim unius anni aut biennii dilatio satis esse poterat, ut dissipatum patrimonium recte componerent; tum Theodosius, abrogata hac lege, dilationis spatium permittit Iudicum arbitrio. Quare Iudices, posteaquam expendissent allegationes, quibus Praetor tenuitatem sui patrimonii demonstrare satagebat, poterant biennii, vel triennii, vel, quae maxima erat prorogatio, quinquennii Inducias concedere. Nam, si ultra quinquennium mora erat concedenda, absolvebatur Praetor a munere obeundo. Iam, si induciae solatium erant Praetorum, qui vel misero vel mediocri patrimonio utebantur, nefas fuisset illas concedere divitibus, ita ut ad biennium vel quinquennium a munere Praetorio immunes liberius voluptatibus indulgerent.

VARIETAS LECTIONIS

AD LIBROS EDITOS

Inscriptio huius tituli nec non ceterorum, ita evanida est, ut ne intentissima quidem oculorum acie dispici possit. Solebant amanuenses titulorum spatium vacuum relinquere, eos subinde maiusculis et ornatis litteris exaraturi, posteaquam universum codicem descripsissent. Idem etiam nostro Codici contigit; atque quum vel idem, vel alius librarius tandem ad titulos scribendos accedens usus esset alio eoque vanissimo atramento, tum titulorum litterae haud aetatem tulerunt. Lectores monere iuvat, chimicum, quo utor, medicamentum ad evanidas litteras excitandas ita comparatum esse, ut rubricis, seu titulis rubro colore pictis, niveum candorem inducat; quare quum nullum album lineamentum conspiciendum mihi se se offerat in Taurinensibus membranis acido ablutis, liquet titulos rubro colore pictos non fuisse. In collatione instituenda usus sum editione Gothofredi a Ioan. Dan. Rittero curata, atque impressa Mantuae annis 1740-1750; eius lectionem primum exhibui, tum Aldinis typis illam Palimpsesti exposui.

LIBER VI.

TITULUS V.

LEX I.

lin. 5. Contemplatione) *Cunc * * * tione*, ut sit *cunctemplatione*, quae scriptura potius oscitantiae librarii, quam ortographicis saeculi Theodosii rationibus accepta esse referenda mihi videtur.

— Custodiendi) *Emeritae ***diendi*; quare lectiones *caste adeundi*, *caste ambiendi*, *conscendendi* a Gothofredo excogitatas improbat Palimps.

LEX II.

lin. 1. Praetextatum PV) *Praetextatumppo*, recte, uti viderat Gothofredus.

2. Numinis) *Nominis*, rectius, uti superius dixi.

3. Praescripsit) *Praescribsi*, lege *praescribsit*.

3. Neglexerit) *Neglixerit*.

— Mediolani Richomere) *Merichum*, pro *med richum*.

TITULUS VI.

LEX. I.

lin. 2. Ad Senatum PV) *Ad Severum PU*; quum Severus Praefecturam Praetorio gesserit hoc anno, fortasse rectius legeretur *ad Severum PPo*, nisi ponamus alterum Severum eodem anno Praefectum Urbi. Lectio Gothofredi mendosa est.

3. Diversa culmina) *Un * * * * culmina*, ut sit *universa*; recte, mox enim sequitur *Consulatus praeponendus est omnibus fastigiis dignitatum.*

4. Praeponendus) *Anteponendus.*

6. Haut dubio) *Aut dubius.*

8. Oportet) * * * *bitet*; ut sit *quis dubitet*, quod Gothofredus coniecerat.

9. Duobus aut tribus) *Duobus aut pluribus*, recte.

10. Dat . . . april) *Dat K april.* supple ergo in edit. *Kal.*

TITULUS VII.

LEX I.

lin. 3. Praefectum Urbi) *Prefe * * * * bis*, ut sit *Praefectum Urbis.*

— Praefectum Praetorio) *Praefectus Praetorio*, fortasse *Praefectos.*

4. Secesserit) *Secesserint*, ita etiam Cod. Iustin.

5. Eum loco . . . praecesserit) *Eum locum velimus es **** one praecesserint*, sic, integra linea omissa.

6. . . . . circa) *Quocirca*, en lacunam Editionis redintegratam.

— Ordinem civitatum) *Ordinem * * * * tum*, ita ut indicare nequeam, utrum *dignitatum* scripserit, an *civitatum.*

8. Salutandique Iudices) *Salutandive iudicis.*

— Intimoque consessu digesta) *Legitimoque consensu digestae.* Lectio *digestae* facile se omnibus probabit.

9. Nasonaci) *Nasonnaci.*

LEX. II.

lin. 2. Restituto) *Restuto.*

3. Et gesserit) Desiderantur haec verba in Palimps.

5. Qui post provecti fuerint) *Qui provecti fuerit.* A Cod. Iustin. abest etiam adverbium *post.*

6. Conspectior) *Prospectior.*

TITULUS VIII.

LEX I.

lin. 2. Sacri) *Sacris*, tum paullo post *ascendi* pro *ascendendi*, utrumque mendose.

Folium incipit a verbis *rintpraefecturam* lib. VI. tit. 8. l. 1.
desinit in verbis *insinuatparemgradumcumconsu.* tit. 10. l. 3.

lin. 5. Magisteriam) *Magesteriam*, et paullo infra *ita ut si inter.*
8. Consessu is eis ordo) *Consessu is ordo.*
10. Illum subsequi) * * * *dsubsequi*, legebat ergo *illud*; tum paullo post *probabit examen.*
12. Provectionis auspicium) *Provectionis auspicuus*, repone *auspiciis.*
13. Praestituto) *Praestito.*
14. Praeferri se postulent ii qui) *Proferri se* * * * * *enthisqui*, recte *his.*
18. Metiant) *Metiantur* recte.

TITULUS VIIII.

LEX I.

lin. 4. Atque) *Adque*, ita plerumque, quod semel monuisse sufficiat.
5. Proconsularibus) *Pro* * * * *arium*, scil. *proconsularium.*
6. III. non. sept.) *V non sept.*

LEX II.

lin. 2. Restituto PV) *Restitutoppo.*
3. Magisteria) *Magisterio*, mox *adtonito adclamatione.*
6. Neque enim pars est . . . io) *Neque enim inpar est ratio* recte.
9. Actus depositi) *Ac depositi.*
— Honores consimiles) *Honore consimiles.*
11. Ut qui meruerint tantum, sed quasi qui gesserint) *Ut quicumque fuerint tantum ut quasi qui gesserint.*
13. VIII. Kalend.) *VII K.*

TITULUS X.

LEX I.

lin. 7. Ad Census) *Accensus.* 8. Rem inquietator) *Rei iniquitator.*

LEX II. lin. 7. IIII Kalend.) *III Kal.*

LEX III.

lin. 2. Comites eis) *Comitis ei*, recte *ei.*
3. Curialibus) *Curulibus* recte, mox *praetorianos non longe.*
5. Residui ordinis) *Residui nominis.*

Folium incipit a verbis *protinusexequidebent*
desinit in verbis *inofficiispubliciseipostferendu* l. 8.

TITULUS XXII.

LEX III.

lin. 3. Nam sis . . . de Palatio) *Nam si saepe de palatio* recte.

lin. 4. Ordinentur) *Mittuntur* recte; mox *utilitatem publicam.*

5. Quanto magis opus est Iussis) *Tanto magis oportet iussis* recte.

7. Suarum) desideratur in Palimps. Mox *ratione ignore nullus autem ab huiusmodi.*

9. In Republica) *In publica.*

11. Acyndino et Proculo C. cons.) *Aquyndino et Proculo ꝯss.*

LEX IIII.

lin. 3. Equitum) *Aequitum* ita plerumque.

4. Vires subiungantur) *Dires subiungantur.*

LEX V.

lin. 3. Constituti) Desideratur in Palimps. Mox *adsimilaticiis, prouixit.*

6. III Kal.) *IIII K̄.* recte.

LEX VI. lin. 5. In actu positi sunt moralitate) *In actu positis immortalitate* recte.

LEX VII.

lin. 2. Codicillariae dignitates) *Codicellariae dignitatis.* Mox *praefecturantur*, repone *praeferantur.*

5. Intelligat sibi) *Intellegat si.*

15. Intelligat esse servandum, qui administrandi) *Intellegat servandum qui administrando.* Tum *gesserit.* singul. num.

18. Intempestivis) *Intempestatiuius*, repone *intempestivius.*

19. Anteferri perfunctae) *Anteferri qui perfunctae* recte.

22. Perfunctus eum) *Perfuncti sunt eum.* Mox noster concinit cum Edit. legens *aditionis petat quod.*

25. Sciat se non solum) *Sciat ei non solum.*

26. Sed viginti quinque auri libris multandum) Absunt haec a Palimps.

— IV Kal. ian.) *IIII K̄ iun.* Lege etiam *Saturnino* pro mendoso *Saturnio.*

LEX VIII. lin. 5. Fuerit forte) *Fuisset forte.*

Folium incipit a verbis *dat XVI K iun modesto et arintheo ẏs* desinit in verbis *soloadq.statussuisreddat*** l. 22.

LIBER VIII.

TITULUS IIII.

LEX XIII.

lin. 2. Ad Severum PPo) *Severo ppo.* 5. Auriis) *Variis* recte.

LEX XIIII. lin. 4. Constantinop.) Deest in Palimps.

LEX XV.

lin. 2. Condicione legibus) *Condicione ne legibus.* Deerat conditio; erit ne ista *ne legibus?* Equidem formulas iuridicas ignoro.

7. Arcadio A. I. et) *Arcad ā et.*

LEX XVI.

lin. 4. Nullo annorum) *Nullo annonarum.* Mox *patum deges**ratione.*

6. Habeatur obnoxius) *Habetur obnoxius.* Concinit et Cod. Iustin.

8. Condonetur, omne quod) *Condonetur quam om*e quod.* Concinit et Cod. Iustin.

LEX XVII.

lin. 1. Cynegio PPo) *Epinecio ppo.* Recte, nam Cynegius hoc anno 389 iam fato functus erat. Epinecius ex hac una lege innotescit.

LEX XVIII. lin. 3. Vel ex Apparitione) *Vel apparitione.*

LEX XVIIII. lin. 3. Pretiorum) *Praetiorum* ita plerumque.

LEX XX.

lin. 2. Vel tabulas) *Vel ad tabulas.*

6. Fraudis olim fortassis) *Fraudis clam fortassis.* Proba lectio.

8. Cum id expedissent) *Cum id expedisset* scilicet *sibi*, recte.

9. Antehac sibi evitanda) *Antehac usi evitanda.* Proba lectio.

12. Constantinop.) Desideratur in Palimps. qui mox legit *hon̄ VIII.*

LEX XXI. lin. 4. Omissis) *Omissi.*

LEX XXII. lin. 2. Quicunque) *Quicumque* ita semper.

Folium incipit a verbis *illiquidederit dat III non* l. 7. desinit in verbis *amputarioporteredecernimusquemmaxi* l. 16.

TITULUS V.

LEX VIII.

lin. 1. Idem A ad Taurum) *Id ā et Iulianus c̄ ad Taurum* recte.

4. Esse resistendum) Deest *esse*.

5. Repertus) *Reppertus* ita plerumque.

7. Birotae) *Biroti*. Mox lege *octo mulae*.

11. Kal. iul . . . Constantio A IX) *K iūn . . . consī ā VIII*.

Lex VIIII.

lin. 1. Idem A ad Taurum) *Id ā et c̄ ad Taurum* recte.

4. Tua sublimitas) *A tua sublimitate* recte. Paullo supra *birotum* ut in Edit.

7. Iuliano Caesare II) *Iuliano c̄ V*.

Lex X.

lin. 1. Idem A ad Flavianum Proc. Africae) *Id ā et c̄ ad flavianum ppo Africae*. Recte *ā et c̄*.

Lex XI.

lin. 1. Helpidio) *Elpidio*.

2. Ne quis post hanc legem amplius) *Ne qua post legio amplius*. Rectius, si legeretur *posthac*, unde fluxit editum *post hanc*.

5. XVI. Kal.) *VI. K*.

Lex XII. lin. 7. Perscribtas) *Praescriblas*.

Lex XIII.

lin. 4. Quod universis . . . indicare non differat) *Cum universis . . . indicare differat*.

Lex XIIII.

lin. 4. Tuae cum ad Seren.) *Tuae tum ad Seren*.

10. Mulionis itineri subiugando modo evectionis) *Mulionis itineris subiugando ut evectionis*.

Lex XV. lin. 4. Canalem) *Canale*. Tum *dāt VI K nōu*.

Dimidium folium

Pag. recta incipit a verbis *quodaiparitsciatseXXXlibris* l. 62.
desinit in verbis *deincepsusurpantiumpraesumptionib.* l. 65.
aversa incipit a verbis *literissuasubscribtione* l. 1.
desinit in verbis *ordocustodiendusestutpr* . . l. 1. tit. VII.

Lex LXII. lin. 6. CP) Desideratur in Palimps. qui legit etiam *Frauito*.

Lex LXIII. lin. 5. Fravitta) *Frauito*.

24

Lex LXIIII.

lin. 4. Extrinsecus) *Et extrinsecus* concinit et Cod. Iustin.

6. Deceptionis curialis) *Decepotiones curiales.*

Lex LXV.

lin. 2. Amotis deinceps) *Amotis ne deinceps*, Lege *Ne amotis deinceps.*

TITULUS VI.

Lex I.

lin. 9. Ulterius) Ita quoque Palimpsestus. 10. Missa sub die) *Emissa sud.*

Lex II.

lin. 5. Equos sacro) *Equos sacros.*

6. Nullus ultra hoc) *Nullus intra hoc.* 8. VII Kalend.) *VI K.*

Folium incipit a verbis *ficiositquipriorfueritinconsequendo* l. 1.
desinit in verbis *officiiinquoparentuocabulocense* . . l. 12.

TITULUS VII.

Lex III. lin. 1. Sylvanum) *Silvanum.*

Lex IIII. lin. 3. Nisi si sub) *Nisi sub.* Tum mox *Constante c.*

Lex V.

lin. 3. Militiae. Et omnes . . . existunt) *Militiae omnes autem qui probati fuerint quacumq. ratione vel quocumq. tempore perseverent* ** (fortasse supplendum *in*, moxque legendum *militia*) *militiam dumtaxat qui ministeriales et pedagogiani et silentiarii et decuriones existunt.*

6. Et Caesare) *Et constante c II ss.*

Lex VI.

lin. 2. Rationales rerum) *Et rationales rerum.* Tum *praecipimus ut si quis post XXV.*

5. Quia cursum) *Qui cursum.* 8. A VIII) *a VII.*

Lex VII.

lin. 1. Constantius et Constans) *constanus et grat.*

4. Publico permittit) *Publici permittit.*

6. Kalend. ian.) *Kal iun.*

Lex VIII. lin. 5. Adoraverint) *Adoraverunt.*

Lex VIIII.

lin. 4. Adorarunt) *Adoraverunt.* Mox etiam *temptaverunt . . . ad necessitatem.*

Lex X.

lin. 6. Adfectaverit etc.) *Adfectaverit ut a condicione* multa ergo desiderantur.

7. XVI. Kal. iun. Complati etc.) *XV K iun Constp ualano et ualente a* **

Lex ergo esset anni 368. Constpoli data.

Lex XI.

lin. 5. Retractus) *Retractatus.* 6. Nero loco) *Vero locum.*

7. Gratiano A. II . . . Emensa) *Grat a V* . . . Emissa.

Folium incipit a verbis *nisisubeatinscribtionisuinculum* l. 11.

LIBER VIIII.

TITULUS I.

Lex XII.

lin. 4. Invidiosam) *Invidiosa*; vocabulum *vocem* abest, quia una cum margine detonsum.

7. Odium evitare) *Odia evitare.*

Lex XIII.

lin. 8. Negotio examine) *Negotii examine*, uti viderat Gothofredus.

13. III id.) *IIII id.* Mensis nomen erat in margine nunc detonso.

Lex XIIII. legi nequit.

Lex XV.

lin. 4 Unumque) *Unumquemque.*

7 Maii) *Mart.* Hinc ad finem usque folii litterae sunt adeo evanidae, ut legi nequeant.

Folium incipit a verbis *olentiaecausamexaminaripraecipimus* desinit in verbis *quisquiscummilitibusuel* l. 3. tit. 14.

TITULUS X.

Lex III. lin. 12. Proferetur) *Proferatur.*

Lex IIII. legi nequit.

TITULUS XI.

Lex 1. lin. 3. Carcere) *Carceri.*

TITULUS XII.

Lex I. Vix legi potest; ea porro, quae oculis sunt insignia, consonant cum Editione.

LEX II.

lin. 1. Maximiano Macrobio) *Maximiliano Macrouio.*

4. Vernaculis) *Vernu* ***. Erat ergo *vernulis*, uti alii codices habent.

— Nam requiri) *Nec requiri.*

10. Subscriptio legis meam oculorum aciem fugit.

TITULUS XIII.

LEX I.

lin. 5. Immensum) *In immensum.* 7. Placet enormis) *Placuit enormis.*

TITULUS XIIII.

LEX I. lin. 4. VII id.) *VIII id* Mox *Aequitio.*

LEX II. lin. 8. Et qnos serum) *Et quod serum.*

Folium incipit a verbis *t inimicus dat prid K nou* l. 6. desinit in verbis *desiderio uic quisquis* l. 1. tit. 36.

TITULUS XXXIV.

LEX VII.

lin. 1. Edictnm) *Ad edictum* ita ceterae editiones.

2. Vel legendos) Haec desiderantur in Palimps.

5. Prosequenda) *Persequenda*, ita quoque Cod. Iusti n.

LEX VIII. lin. 4 Intercidat) *Intercedat.*

LEX X.

lin. 4. Scriptionis, *Inscribtionis*, scilicet opuscnli in aliquem inscripti.

5. Vel lectorem) *Vel rectorem.* An *rescriptorem?*

TITULUS XXXV.

LEX II.

lin. 1. Ad Antonium) *Ad Antoninum.*

3. Fidiculae) *Offidiculae* nova plane orthographia. Vox *fidiculas* superioris legis lin. 3. mutila est ob marginem detonsum.

4. Iudici erit) *Iudicium erit.* 5. Nefanda dicto) *Nefanda interdicto*.

9. Ut abstineant) *Ut abstineat.*

11. Ab immunitate) *Ab inmanitate* recte.

LEX III.

lin. 1. Grachum PP) *Gracchum PU.*

2. Senatorio nomine) *Senatorio ordine.*

Lex IIII.

lin. 2. Albuciano) *Arbuciano.* 3. Paschale tempus) *Pascae tempus.*

Lex VII.

lin. 4. Ne differatur) *Neve differatur.*

5. Numinis) *Nominis* ita alias.

TITULUS XXXVI.

Lex I. lin. 2. Vic. Asiae) Vox *Asiae* desideratur in Palimps.

Folium incipit a verbis *usquieosantecedathereditate*
desinit in verbis *sifortecumproscribtibonismixtas* l. 15.

TITULUS XLII.

Lex VIIII.

lin. 6. Vel per rescissionem) *Vel rescissione.* Mox *Progreditur.*

13. Impleantur) *Expleantur* ita legere videor.

15. Modo ea) *Dummodo ea.*

19. Casu non et maternus) *Casu *** tiam maternus.* Legebat ergo *non etiam.* Mox *quaeretur.*

26. Omnes hae deerint) *Omnes heredes erint.*

Lex X. lin. 9. VIII. id.) *VIIII id.*

Lex XI.

lin. 2. Rufino PP) Desiderantur haec in Palimps.

7. Dat. die Kal.) *Dat K.*

Lex XII.

lin. 2. Omnia proscribtorum) *Proscribtorum omnia.*

3. Vel illis qui) *Uel alis qui.*

Lex XIII.

lin. 3. Nuditatem) *Nuditatemque.*

6. Iannar.) In Palimps. vox legi nequit.

Folium lacerum, simulque maximam partem evanidum;
In versibus, quos legere potui, hasce vidi varietates lectionis.

LIBER XI.

TITULUS VII.

Lex V.

lin. 3. Fisci, arreptus) *Fisci, et abreptus.* Paullo infra *in se se suscipiat.*

LEX VII. lin. 1. Restituto) *Restuto.*

LEX XII. lin. 5. Spectata fidelitate) *Expectata fidilitate.*

LEX XIII. lin 6. PP III Non.) *PP IIII nōn.*

LEX XIIII.

lin. 2. Auri praecepti fuerint officii sui adhibere) *Auri fuerint praecepti officiis adh****

4. Praescribant) *Perscribant.* Tum *quid est actum* pro edito *quid exactum.*

Folium incipit a verbis *debitoribusinminereutperceptis.* desinit in verbis *rationabiliterintellexeri*. l. 3. tit. 8.

TITULUS VII.

LEX XVI

lin. 13. Protracti Iudices fuerint et Officia) *** *cti fuerint iudices et officia* recte.

15. Querela) *Querella* antiqua ortographia.

20. III id.) *IIII id.* Mox *Fravito.*

LEX XVII.

lin. 3. Ex quocumque titulo) Desiderantur haec in Palimps.

7. Quaeret vel) *Quaerens vel.*

LEX XVIII. lin. 3. Consecratum) *Consecratam.*

LEX XVIIII. legi nequit.

LEX XX.

lin. 9. Honorio IX.) Solebat librarius noster ita pingere numerum quinque, *V*; sed hisce in foliis eum maluit ita scribere *U*, quae forma facile permutatur cum *II*. Ex hac pingendi numeri quinti ratione auguror multas ortas esse varietates lectionis in codicibus, nam *ui uu* etc. facile confunduntur cum *III*, *IIII* etc.

LEX XXI.

lin. 4. Iussioni) *Iussione.* 8. Sustinere) *Sustineri.*

TITULUS VIII.

LEX I. lin. 4. Capitis namque periculo) *Capitisque periculo.*

LEX III.

lin. 5. Non sinant) *non sinat.* 6. Iudicio) Vox erat in margine detonso.

LIBER XIII.

Dimidium folium.

Pagina recta incipit a verbis . . . *nisuirismulieribusautem*
desinit in verbis *citranostramconscientiam* l. 3. tit XI. lib. XIII.
aversa incipit a verbis *peraequatorisaccuset* ib. l. 4.
desinit in verbis *contraiudiciumculminis* l. 6.

Iuvat primos paginae rectae versus exscribere. «— nis viris, mulieribus au-« tem quaternis unius pen(*dendi c*)apitis adtributum est. Quocirca sublimis « auctoritas (*tua hu*)iusmodi censibus (*γρ. census*) per Commagensium, et « Ariaratben(*siam, et A*)rmeniae secundae, Amasenorum, Hellisponti, et Dio-« (*caesari*)ensium Cappadociae secundae urbis (*γρ. urbes*), salubris ac (*temp*)e-« ratae peraequationis modum monumentis publi(*cis iub*)ebit adnecti. Dat VI K « april Const Honorio et Enodio conss. » Tum sequitur lex 2. *de censitoribus*, quae incipit *si*, *peraequatore misso*. Quare liquet inter primam et alteram legem editionis Gothofredi Inserendum esse fragmentum a me relatum, seu, potius, integram legem 10. *de agricol. et censitis* Cod. Iustin., quam cum altera huius tituli lege coniungendam esse recte monuerat Gothofredus in nota *a*. ad l. 2.

Lex III.

lin. 3. Admisso patiatur) *Admissum potiatur*.

4. Custodiri) *Custodire*. 5. Squalidiora) *Squalida*.

Lex V.

lin 6. Exeator) *Exactor*. 7. Tenax inquisitor) *Tenax adquisitor*.

Folium incipit a lege V. tit. III. lib. XIV.
desinit in lege XIII.

LIBER XIIII.

TITULUS III

Leges V, VI, VII legi nequeunt; legum vero VIII et VIIII vix aliqua verba rimatus sum, quae omnino consonant cum editione.

Lex X. lin. 4. Ob hoc nexu) *Ab hoc nexu* recte. Mox noster, ut in Edit., legit *corporibus*.

Leges XI, XII et XIII meos etiam oculos fugiunt; tum si qui versus aliquam paullo insignem vocem praeseferebant, haec cum editione apprime conciebat.

Folium incipit a verbis *n̄p et euodio ūc ɔss.* l. 18.
desinit in verbis *prodiuersitatelocorumette* . . l. 2. tit. IV.

LEX XVIII. lin. 10. Et Evodio Coss) *Et Euodio ŪC ɔss.*

LEX XVIIII.

lin. 3. Corporis solatia) *Corpori solacia* quod malebat Gothofredus.

4. Excogitasse) *Exagitasse* perperam. Paullo infra *praecepimus*; tum rara in hoc Palimpsesto orthographia scribit *adficsa*.

8. Dat. VII. id.) *Dat̄ id̄.*

LEX XX.

lin. 2. Adscribtis) *Adscribti* quod malebat Gothofredus.

4. Cogetur) *Cogatur.*

5. Haec fuerit prolata) *Haec fuerit impetratis prolata.*

LEX XXI.

lin. 7. Sed in suggestione) *Sed id sug . . . ne.*

10. In con . . . sortiti) *In consortium . . . . i.*

12. VIII. id. mart.) *VII K̄ mart̄.*

TITULUS IV.

LEX I.

lin. 7. Idem satisfaciant) *Idest satisfaciant.*

10. Animadvertamus in eos etc.) En versus palimpsesti

	SUPPLENDA
madu . . . amusineosquihactergiuersationeu	*sisunt*
dereℏicofunctionishuiusuacationempenitus	*tribuen*
damsedeumquisubriperepotueritpostbeneſ	*icium*
infirmatumsalutisetiampericulumsubitu	

tum lego: *ut animadvertamus in eos, qui hac tergiversatione usi sunt; de relico functionis huius vacationem nulli penitus tribuendam; sed eum, qui subripere potuerit, post beneficium infirmatum, salutis etiam periculum subiturum.*

Folium incipit a verbis *praetiadandasuntnisi.* lib. XIV. tit. IV. l. 2.

Adeo evanidum est, ut vix aliquae voces legi possint, quare nolui meam oculorum vim hebetare. Moneo tantum legis tertiae subscriptionem non differre ab editione; habet enim Palimpsestus dāt V id̄ dec̄ antiochiae dn̄ iuliano ā III c ***

Tres membranae, quae sequuntur, pertinent ad alium codicem, cuius brevem notitiam exhibui ad calcem praefationis, et scripturae exemplar incidendum curavi in tabula n.° 2.

Prima membrana incipit a l. 5. tit, 3. lib. XIV; ab ea supra quam credi potest evanida vix hasce varietates collegi.

lex IX. *dat . . . Kal. april.*

X. *libera ab hoc nexu.*

lex XIII. inscribitur *Imppp ualanus ualens et grat.*

Altera membrana incipit a verbis *ecclesiasticis obtinendos est*, quae pertinent ad lib. XVI. tit. 2. l. 23.

lex 23. Obtinendi sunt) *Obtinendos est*, sed lege *obtinendus*, huic optimae lectioni patrocinantur codd. Wurceburgensis et Gothanus.

lex 24. Gratiano A. III) *Gratiano IIII* recte.

lex 27. Cum filiis suis) *Tum filiis suis* recte.

Neotherio Coss) *Neoterio uc conss.*

lex 28. Quae Diaconissis) *Quae de Diaconissis.*

Tertia membrana incipit a verbis *sequi adque habitare iubeantur*, quae extrema sunt legis 1. *de Monachis* tit. 3. lib. XVI.

lex 2. Tatiano PF P) *Cui supra.* Nova plane ratio indicandi magistratus.

Aguntur) *Aluntur*, ita etiam Tilius.

TIT. IV.

lex 1. Evodio) *Euodio uc.*

lex 3. Rufino) *Rurius uc.*

lex 4. Tumultuosis) *A tumultuosis.*

lex 5. III. id.) *III. K.*

lex 6. Conantur) *Cogantur.*

Theodosii, Perfyri) *Theofili, Porfyri.*

TIT. V.

lex 1. Contemplatione religionis) *Contemplatione legis.*

Non tantum) *Non solum.*

Generasto) *Gerasto.*

lex 2. Conperimus) *Adeo conperimus* recte.

Providendum erit) *Sane providendum erit.*

IX. Kalend. . . Constantio) *VII. Kal. . . Constantio C.*

lex 3. Ampelium PF P) *Ampelium pu.*

25

Multatis domus et) *Multatis his quoque conveniunt ut infamibus adque . . . . . sis coetu hominum segregatis domus et habitacula.* Locum ita emenda et supple: *doctoribus gravi censione multatis, his quoque, qui conveniunt, ut infamibus adque famosis, coetu hominum segregatis, domus et habitacula* etc. Doctores erant multa plectendi, ceteri e coetu infamia notandi.

Institutione) *Institutio* recte.

Fisci viribus) *Fisco iuribus.*

Tabulae Explicatio

N.° 1. Scriptura Codicis Theodosiani; exhibet legem I. tit. IX. lib. VI.

N.° 3. Scriptura Historiae Alexandri M. superstrata Codici Theodosiano.

N.° 2. Scriptura alterius Codicis Theodosiani, cuius tres tantum membranae in Taurinensi Bibliotheca servantur.

ANNO MDCCCXXIV

AVGVSTÆ TAVRINORVM
EX REGIO TYPOGRAPHÆO.

Accad. R. delle Scienze Tom. 28. Clas. di Sc. Stor. e Filol. P. 330.

1. alānusuatetgratāāā adampeliumpūpostaliaeoru-
esquisacrarionostroexploratasedulitateoboe
ocuolumusobseruationedistinguiutquaestoradq·
orummagisternecnonduolargitionumcomitespro
ariumhonorib·praeferanturetceteraiinōniutnason
c̄ vnōn sēpt modesto etarintheo īss

3. mēn p pruor [illegible] diuine [illegible] quest [illegible] cul [illegible] al [illegible] cun

2. Corporib, uolumus subpoena
grauioreseruariudunū y'ody,





